Bodleian Libraries
UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks

This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

= R 1. 70/48.
23691 d. 30
/48
1302 - 3602 = C. Arab. 10/45

11

SCRIPTORES

# RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

SEPARATIM EDITI.

---

## PAULI HISTORIA LANGOBARDORUM.

---

HANNOVERAE ET LIPSIAE.

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI.

Verlag der Hahn'schen Buchhandlung
in **Hannover** und **Leipzig.**

# SCRIPTORES RERUM GERMANICARUM UND FONTES IURIS GERMANICI ANTIQUI

## IN USUM SCHOLARUM EX MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS SEPARATIM EDITI.

## Zur gefälligen Beachtung!

Vollkommene Neubearbeitungen, durch welche die in der Folio-Ausgabe herausgegebenen Stücke kassiert werden sollen, sodass nur die Oktav-Ausgaben benutzt werden dürfen, sind:

1. *** Vitae sancti Bonifatii archiep. Moguntini.** Der grössere Teil des Inhalts dieses Bandes steht nicht in der Folioserie.
2. *** Annales Mettenses priores.** In der Folioserie steht nur eine spätere Ueberarbeitung des Werkes, die ohne Benutzung der jetzt bekannten (Berliner) Handschrift gedruckt ist.
3. *** Einhardi Vita Karoli Magni. Edit. quinta.**
4. **Annales Bertiniani.**
5. **Vita Anskarii et Vita Rimberti.**
6. **Gesta abbatum Fontanellensium.**
7. **Thietmari Merseburgensis episcopi Chronicon.**
8. **Annales Hildesheimenses.**
9. *** Lamperti monachi Hersfeldensis opera.** Der Schluss der Vita Lulli steht allein hier, fehlt in deren Ausgabe SS. XV, 1.
10. *** Vita Bennonis II. episcopi Osnabrugensis.** Der in der Folioausgabe SS. XII herausgegebene Text ist durch massenhafte Fälschungen entstellt.
11. **Ottonis et Rahewini Gesta Friderici I. imperatoris. Ed. alt.**
12. *** Gesta Federici I. imperatoris in Lombardia.** Der darin herausgegebene Bericht Ex Iacobi Aquensis Ymagine mundi steht nicht in der Folioausgabe.
13. *** Chronica regia Coloniensis.** Was darin S. 300—302 und 316—369 steht, ist überhaupt in der Folioserie nicht herausgegeben.
14. *** Iohannis Codagnelli Annales Placentini.**
15. *** Monumenta Erphesfurtensia saec. XII—XIV.** Was S. 525—602 und S. 693—810 da herausgegeben ist nebst einigen früheren Abschnitten (S. 6—14, 25—33), steht garnicht in der Folioausgabe ebenso
16. **Chronicon Moguntinum.**

**Die einzelnen Bänden vorgesetzten Sterne sollen bezeichnen, dass die früheren Ausgaben derselben in der Folioserie am wenigsten den heutigen Anforderungen genügen.**

Sehr bedeutend im Text oder in der sachlichen Bearbeitung verbessert sind folgende Bände, so dass sie allein oder doch notwendig neben der Folio-Ausgabe benutzt werden müssen:

1. **Annales regni Francorum et Annales qui dicuntur Einhardi.**
2. **Annales Fuldenses.**
3. **Reginonis abbatis Prumiensis Chronicon.**
4. **Liudprandi episcopi Cremonensis opera omnia. Ed. alt.**
5. **Widukindi Rerum gestarum Saxonicarum libri tres. Ed. quarta.** Der darin im Anhang herausgegebene Libellus de origine gentis Swevorum steht nicht in der Folioserie.
6. **Richeri Historiarum libri IIII. Ed. altera.**
7. **Wiponis Gesta Chuonradi II. ceteraque quae supersunt opera. Ed. altera.** Enthält S. 78—81 einiges, was nicht in der Folioausgabe steht.
8. **Annales Altahenses maiores. Ed. altera.**
9. **Brunonis de bello Saxonico liber. Ed. altera.**
10. **Vita Heinrici IV. imperatoris. Ed. tertia.**
11. **Carmen de bello Saxonico** ist nur aus der Folioserie abgedruckt, aber Conquestio Heinrici IV. imp. darin S. 24—28 steht nicht in der Folioserie. In der sachlichen Bearbeitung wesentlich verbessert ist:
12. **Adami Gesta Hammaburgensis ecclesiae pontificum.**

23691 d.30

SCRIPTORES

# RERUM GERMANICARUM

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS
RECUSI.

---

## PAULI
## HISTORIA LANGOBARDORUM.

---

HANNOVERAE
IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI
1878.

# PAULI

# HISTORIA LANGOBARDORUM.

IN USUM SCHOLARUM

EX

MONUMENTIS GERMANIAE HISTORICIS

RECUSA.

HANNOVERAE

IMPENSIS BIBLIOPOLII HAHNIANI

1878.

BODL. LIBR.
23 JUN 1919
OXFORD

HANNOVERAE, TYPIS CULEMANNORUM.

*Historiae Langobardorum, quae prae ceteris operibus Pauli Casinensis memoriam posteris servavit, editionem luci daturus, non possum quin valde doleam, Ludovicum Bethmannum b. m., qui ante plus quam quadraginta annos eam curandam suscepit, eique tam domi quam per itinera in Germania, Hollandia, Belgica, Gallia et Italia facta operam indefessam navavit, quin imo nomen suum cum Pauli nomine ita conjunxit, ut vix umquam divelli posse videantur, imperfectam hanc telam reliquisse. Quam finire et opus diu exspectatum quam primum publici juris facere fas duxi. Sed id adgressus non potui, quin praecipua editionis subsidia diligenter et ipse perscrutarer eaque quibus ille nondum usus erat adhiberem. Quo adductus sum, ut novam textus recensionem instituerem, de cujus fundamento et ratione egi in Annalibus nostris (Neues Archiv I, p. 535 sqq.). Codicum vero descriptionem a Bethmanno conceptam quantum potui retinui, ordine paulum mutato iisque additis et mutatis quae necessaria visa sunt. Etiam de Pauli vita et operibus Bethmann dissertatione celebri germanice scripta fusius exposuit (Archiv X, p. 247 sqq.), sed ipsi editioni haec nondum aptavit. Et nuper V. Cl. F. Dahn, ut novam magni sui operis de regibus antiquorum Germanorum praepararet partem ad Langobardos pertinentem, eandem telam texendam sumsit et non pauca aliter esse disponenda judicavit. Quae quamvis non omnia probare possim, non meum duxi quaecumque dubia et incerta videantur hoc loco fusius discutere, breviter tantum ea quae de scriptore celeberrimo comperta habemus exponere contentus.*

*Quae ex ipsius Pauli scriptis docemur haec fere sunt. Natus erat patre Warnefrido, matre Theudelinda. Avus Arichis, proavus Lopichis vel Lupichis, abavus Leupchis, qui sub Albuino Italiam venisse narratur. Filiis ejus ab Avaris in captivitatem ductis, unus eorum fuga elapsus in patriam rediit, qui in provincia Forojuliensi[1] 'domum reae-*

1) *Fratres ex castro Forojuliensi ab Avaris deducti dicuntur; sed fortasse belli tempore hic eos moratos esse, Dahn p. 3. monuit. Certe*



Carton.

*dificavit', sed 'nihil de rebus quas genitor suus habuerat ab his, qui eas invaserant longa et diuturna possessione, conquirere potuit' (Hist. Lang. IV, 37). Familiam tamen inter 'praecipuas illas prosapias' sive 'faras', quas ab Albuino, Gisulfo duce petente, in regione Forojuliensi esse collocatas Paulus narrat (II, 9), referendam esse, verisimile est*[1].

*p. 13. **Circa annum ut videtur* 720—725. *Paulus natus*[2], *litteris instructus est a Flaviano*[3], *quem praeceptorem laudat (VI, 7); puerulus etiam Graecam linguam 'in scholis' didicit, in qua tamen non multum se profecisse ipse testatur*[3]. *Ubi Flaviani disciplina usus sit, incertum; patruum vero ejus Felicem, 'qui in arte grammatica floruit', a rege valde dilectum esse, cum proferat Paulus, fortasse ille quoque in regia versatus est aula*[4]. *Ibi etiam Paulus Ratchis regis tempore (a.* 744—749) *commoratus est: in quodam die festo principem poculum, quod Albuini jussu ex capite Cunimundi regis Gepidorum caesi factum erat, manu tenentem et convivis suis ostendentem praesens vidit (II, 28). Postea Adelpergae, Desiderii regis filiae, uxori ducis Arichis, qui et ipse genere erat Forojuliensis, familiaritate conjunctus est. Ejus studiis favit*[5], *ab ea, ut ipse calamum arriperet, adductus est.*

*Exstat carmen a.* 763. *compositum, omnium quae a Paulo scripta habemus, quantum indagari potest, antiquissimum, quo de sex aetatibus mundi disseruit; litteris vero, a quibus singulae strophae incipiunt,* Adelperga pia *salutatur. Quod a b. m. Knust ex cod. Matritensi*[6] *descriptum hoc loco luci dandum duximus*[7].

*Timavus fluvius, ad quem Paulum natum esse Epitaphium refert, castri illius moenia haud affluit.* 1) *An stricto sensu nobilem familiam dicas, cum Dahnio p. 3 sq. dubitari potest. Paulus de fratre suo et sorore dicens:* Nobilitas periit miseris, accessit aegestas, *de familiae statu domestico cogitasse videtur. Hildrici vero verba:* Eximio dudum Bardorum stemmate gentis, *non ad totam Langobardorum gentem, sed certum gentis stemma referenda esse, censeo.* 2) *De tempore nihil certi constat; sed carmine ad Karolum inter a.* 781. *et* 786. *scripto (infra p. 9) ait:* iam gravante senio, *quod quinquagenarius vix dicere potuisset.* 3) *V. infra p. 9. De quo cf. L. Müller, Rhein. Museum XXIII, p.* 202. 4) *Scholae etiam in aula esse poterant.* 5) qui elegantiae tuae studiis semper fautor extiti. *Epist. ad Adalp.;* 'studiis' *in editione Hartelii (p. 14. n. 1) minus recte omittitur.* 6) *A.* 16, *f.* 52; *cf. Arch. VIII,* 187. *Eosdem Bethmann in cod. Florentino, Strozzi* 46, *membr.* 8, *s. XIV, f.* 10'. *invenit, sed minus accurate scriptos. Qui sequuntur versus de annis a principio, a V. Cl. Baist descripti, Pauli esse nequeunt, quippe qui ita computent:*

Sunt octodecim et sexcenti a baptismo Domini
Anni usque ad Scotorum mortem regis Domnali. —

*Alios ejusdem argumenti versus a Theodefrido compositos exhibet cod. Sang. Nr.* 2, *s. VIII; v. Scherrer Cat. p.* 2. 7) *Apographum sibi transmissum nuper Dahn p.* 76. *imprimi fecit.*

Item versus Pauli diaconi de annis a principio.

A principio seculorum usque ad diluvium
duocenti quadraginta duo bina milia
evoluta supputantur annorum curricula.
Dehinc usque quo fidelis Abraham exortus est
novies centeni duo quadraginta pariter
sibi successisse anni scribuntur ex ordine.
Ex hoc tempore quousque Moysi in heremo
praeceptorum instituta tradidit Altissimus
annos quinque et quingentos praeterisse terminos.
Legis datae a diebus et conscriptae caelitus
usque quo templum dicavit rex sapientissimus
quadringenti octoginta orbes evoluti sunt.
Percurrit hinc annalis ordo sua spacia
quingentenis et bissenis annis, Babylonica
donec populum vastabit Israel captivitas.
Exhinc usque quo salutem Virgo mundi peperit,
quem prophetae praedixerunt venturum Emmanuel,
octodeceni et quingenti peracti sunt circuli.
Rex eternus mundum venit restaurare perditum
quinque milia expletis annis a principio
centum atque nonaginta novem hinc[a] per calculum.
*Glorioso ab adventu Redemptoris omnium *p. 14.
ad hunc usque prima annum in quo est indictio
septingenti sexaginta tresque simul anni sunt.
Alta pace nunc exultat regio[b] Ausonia
Desiderio simulque Adelchis regnantibus
florentissimis et piis, cum haec annotata sunt.
Principatum Beneventi ductore fortissimo
Arechis regnante, freto Superni auxilio,
Adelperga cum tranquilla stirpe nata[c] regia.
Iudex veniet supernus velut fulgor caelitus;
dies set aut hora quando, non patet mortalibus.
felix erit, quem paratum invenerit[d] Dominus.
Ante tuum, iuste iudex, dum steterit solium
Arechis benignus ductor cum praeclara coniuge,
dona eis cum electis laetari perenniter!

*Eadem Adelperga monente Paulus grandius opus suscepit, historiam Romanorum ab Eutropio scriptam augen-*

a) *deest* 1. b) A. r. 1. c) stirpentata regio 1. d) invenērit, stetērit *pronuntiandum erit.*

*dam et continuandam*[1]. *Quae cum alio Monumentorum volumine edenda sit, de ejus consilio et indole hic loqui supersedemus.*

*Si epitaphium Ansae reginae, matris Adelpergae, quae cum viro Desiderio exul in Franciam abducta erat, sed sepulturam in patria terra nacta, recte Paulo tribuitur, in his annis collocanda erit*[2]. *Alia quoque tunc eum composuisse carmina, qualia posterioris aevi scriptores ei attribuunt, verisimile est, nec tamen certi quidquam statuere licet*[3].

*Neque compertum habemus, utrum tunc temporis sacros jam receperit ordines, quibus postea eum traditum videmus. Certe libros, quibus ad historiam Romanam componendam opus erat, facilius in monasterio quam in palatio comparare poterat*[4].

*Celeberrimum vero illud S. Benedicti monasterium ingressus est, ubi etiam Ratchis rex solio regali dejectus refugium invenit. Nec video, quid vetet, ne Paulum jam tunc regem secutum esse statuamus*[5]. *'Exul, inops, tenuis', ut*
*p. 15. *ipsius verbis utar, carmen *in laudem S. Benedicti com-*

1) *Epistola Adelpergae missa primum a Champollion in Amati editione p. XXIV, post a Papencordt, Gesch. d. Vand. Herrschaft p.* 398 (*inde Dahn p.* 77); *Endlicher, Catal. cod. phil. Vind. I, p.* 306; *nuper a Hartel, SB. d. W. Akad., LXXI, p.* 294, *prelo subjecta est. — Ante a.* 774. *scriptam putat Dahn p.* 14 *sq.* 2) *Annus mortis non constat. Dahn p.* 68. *jam Ansa viva compositum putat, de Paulo auctore dubitat.* 3) *Bethmann p.* 237. 290. 292. 293. *Ille postea in seminario Verulensi codicem s. XI. invenit, qui inter alia Versus in festo S. Mercurii continuit, ap. Giovanni in libro de sancti Actis et translatione a.* 1730. *edito p.* 46. *impressos, quos fortasse Pauli esse opinatus est; idem de aliis ib. p.* 248. *editis versibus judicavit. — In cod. Sang. Nr.* 573, *p.* 476, *V. Cl. Dümmlero monente, carmen legitur inscriptum:* Ante fores basilicae, *eodem modo dispositum quo versus in laudem S. Benedicti, quod ita finit:*

Pectora vestra sonet: parce et miserere, precamur;
Parce, Christe, Arichis, pectora vestra sonet.

*Hoc quoque Paulo adscribi posset.* 4) *Etiam Eutropium Adelperga a Paulo nactus est.* 5) *De tempore quo Paulus Casinum venerit, nihil constare, Bethmann clare exposuit p.* 238; *ea refutans quae Epitaphium et Anonymus Salernitanus tradunt. Paulum cum Adelperga, Desiderii regis filia, Beneventum venisse, inde Casinum adiisse, satis probabilis Wattenbachii esset conjectura, si iis fidem haberemus quae de Pauli officio in aula Desiderii refert Chronicon Salernitanum. Quae si rejiciamus, neque Epitaphium sequamur, non est, cur cum Dahnio opinemur, Paulum serius tantum ex saeculari vita in ecclesiasticam vel monachicam esse transgressum. Ubique animum prodit clerici. Nihilominus sententia, quam proposuit Giesebrecht, De litt. stud. p.* 26, *stare potest, Paulum non in monasterio liberalibus studiis esse instructum, sed ipsum potius inter monacho humanorum disciplinarum semina dispersisse.*

*posuit (I, 26); quod vix dixisset, si diutius patriam Forojuliensem et saeculares opes reliquisset.*

*Quae si minus placent, ad Karoli Magni tempora haec referamus oportet*[1], *qui, Langobardorum regno destructo et paulo post Rodgaudo Forojuliensi duce devicto*[2] *(a. 776), Pauli fratrem Arichim captivum in Franciam duxit ejusque res fisco attribuit; id quod totam familiam ipsumque Paulum graviter afflixit. Sex evolutis annis hic regis gratiam carmine imploravit. Quod genuinum vitae ejus testimonium hic inserendum duximus*[3].

Item versus Pauli ad regem precando.

Verba tui famuli, rex summe, adtende serenus,
  Respice et ad fletum cum pietate meum.
Sum miser, ut mereor, quantum vix ullus in orbe est;
  Semper inest luctus tristis et hora mihi.
Septimus annus adest, ex quo nova causa dolores
  Multiplices generat et mea corda quatit.
Captivus vestris[a] extunc germanus in horis
  Est meus, afflicto pectore, nudus, egens.
Illius in patria coniux miseranda per omnes
  Mendicat plateas ore tremente cibos.
Quattuor hac turpi[b] natos sustentat ab arte,
  Quos vix pannuciis praevalet[c] illa tegi.
Est mihi, quae primis Christo sacrata sub annis
  Excubat egregia simplicitate soror.
Haec sub sorte pari luctum sine fine retentans,
  Privata est oculis iam prope flendo suis.
Quantulacumque fuit, direpta est nostra supellex,
  Nec est, heu! miseris qui ferat ullus opem.
Coniunx est fratris rebus exclusa paternis,
  Iamque sumus servis rusticitate pares;
Nobilitas periit miseris, accessit[d] aegestas.
  Debuimus, fateor, asperiora pati;
Sed miserere, potens rector, miserere, precamur,
  Et tandem finem his, pie, pone malis!

a) extris *Vat.* b) virpi *Par., quod Bethmann praeferendum duxit.* c) quîs valet i. tegit *Vat.* d) successit *Vat.*

1) *Ita Dahn p.* 23, *qui huic conjecturae nimium tribuit.* 2) *Ita Bethmann p.* 240. *recte statuisse mihi videtur.* 3) *Ediderunt Lebeuf p.* 414. *ex cod. Paris.; Mai, Class. auct. V,* 50, *ex cod. Vat.; quibus Bethmann in textu recensendo usus est.*

Captivum patriae redde et civilibus[a] arvis,
Cum modicis rebus culmina redde simul;
Mens nostra ut Christo laudes in secla frequentet,
Reddere qui solus praemia digna potest.

*p. 16. *Ut id quod petebat facilius adipisceretur*[1], *Paulus ultra Alpes profectus et diutius hic commorari coactus est, id quod epistola ad Theudemarem abbatem Casinensem, a ripa Mosellae d.* 10. *Januarii, anno, ut videtur* 783[2], *scripta, luculenter exposuit.*

Incipit epistola[3].

Amabillimo et totis mihi precordiis dilecto domno meo patri abbati Theudemari Paulus pusillus filius supplex. Quamvis prolixa terrarum spatia corpore tenus a vestro consortio dividant, iungit me tamen utcumque vestro coetui tenax et quae dividi numquam poterit caritas, tantusque singulis pene momentis me vester meorumque seniorum et fratrum amor excruciat, quantum nec epistolaris valet relatio nec pagellarum exponere brevitas. Cum enim menti[b] subeunt occupata tantum in divinis operibus otia ac mei statio hospitioli gratissima, cum vester pius et religiosus affectus, cum sancta tantorum Christi militum divinis cultibus insudans caterva, cum singulorum fratrum in diversis virtutibus exempla fulgentia, cum dulcia supernae patriae perfectionum colloquia: hereo, stupeo, langueo, nec inter imo pectore tracta suspiria retinere lacrimas possum. Inter catholicos et christianis cultibus deditos versor; bene me omnes accipiunt; benigniter mihi affatim amore nostri patris Benedicti et vestris meritis exhibetur; sed ad conparationem vestri coenobii mihi palatium carcer est, ad conlationem tantae quae apud vos est quietis hic mihi degere tempestas est; solo ab hac patria debili corpusculo teneor, tota qua solum valeo mente vobiscum sum. Videorque mihi nunc suavibus nimium vestris interesse concentibus, nunc consedere satiandis in caenaculo

a) genitalibus *Vat.* b) mentis *c.*

1) *Hanc ob causam Paulum ad Karolum venisse, epistola mox afferenda aperte indicat. Neque magni faciendum est quod posterioris aevi tradunt scriptores, Sigebertus de SS. eccl. c.* 80, *ed. Fabricius p.* 102: propter scientiam litterarum a Carolo Magno imperatore adscitus; *Hugo Flor., SS. IX, p.* 363: de monasterio montis Cassini venit in Galliam, attractus amore et opinione prefati principis Karoli precellentissimi imperatoris. *Rerum Italicarum scriptores de hac re prorsus tacent.* 2) *Ita Bethmann p.* 297. *Paulum tum jam diutius Casino abesse, epistola innuit. Ideo carmen illud a.* 782. *in Gallia scripsisse putandus est.* 3) *Ex cod. Paris. Nr.* 528, *f.* 127, *descripsit V. Cl. Wattenbach; edid. Lebeuf p.* 297; *inde Dahn p.* 79.

plus lectione quam cibo, nunc singulorum considerare in diversis officiis studia, nunc gravium iam senio seu languidorum, quomodo quisque valeat, perdiscere causas, nunc ad instar mihi paradisi dilecta sanctorum terere[a] limina.

Crede, pater et domine, crede sacra et venerabilis phallanx, solo me[b] affectu misericordiae, solis pietatis precibus[c], solis animae hic profectibus ad tempus deteneri; et quod his est amplius, tranquilli[d] nostri regis et domini potestate. Ceterum quam primum valuero et mihi caeli Dominus per pium principem noctem maeroris meisque captivis iuga miseriae demiserit, si tamen quomodocumque clementissimi principis iocundum quivero emereri permissum, mox ad vestra consortia, nulla alia vita comite detentus occasione, repedabo. Nullae me, credite, divitiae, nulla predia, nulla flaventis[e] metalli copia, nullus quorumlibet affectus a vestro[f] poterunt separare collegio.

Te itaque, pater dulcissime, vosque, o carissimi patres et fratres, inploro, pro me continue beatissimum communem patrem et preceptorem poscere dignamini Benedictum, ut suis apud Christum obteneat meritis, ut me quantotius dignetur reddere vobis. Spero equidem in Deo nostro, qui numquam in bonis patitur desideriis quemquam fraudari, quod me secundum anhelantis mei cordis desiderium vobis citius restituat cum congruo fructu. Superfluum vobis aestimo, ut effundatis preces pro nostris dominis eorumque exercitu, scribere, cum sciam, vos in hoc ipso semper insistere; pro domno ill.[g] abbate, sicut et facitis, Christum deposcite, cuius hic singulari post principalem munificentiam *nutrior largi- *p. 17.
tate. Tanta mihi, carissimi, vestra illuc copia existit, ut, si vellim vos singulariter nuncupare, tota haec vestris nominibus pagina non possit sufficere. Unde generaliter omnibus et opto et scribo salutem, obsecrans, ut non obliviscamini mei. Te vero, mi domine et venerabilis abba, seu quicumque[h] es, nonne preposite, peto, ut mihi scribi faciatis de vestra fratrumque salute, vel quales vobis fructus presens annus adtulerit; utque eorum[i] fratrum mihi dirigatis cum nominibus numerum, qui mundanis exuti vinculis migrarunt ad Christum. Nam plurimos obiisse audio; sed nominatim nonnum[k] ill., qui, si vere ita est, mei cordis partem non modicam abstulit secum. Vale, pater sanctissime, et memor esse dignare filioli tui.

Iam fluebat decima de mense diecula[l] Iani,
Margine de vitreae cum sum directa Mosellae.
Cum patre mellifluo fratres sine fine valete!

a) terrere *c.* b) mea *c.* c) *ita correxi;* patribus *c.;* visceribus *Leb.* d) tranquilla? e) labentis *corr.* flaventis *c.* f) vero *c.* g) *pro nomine positum.* h) quocumque es nomine p. *Leb.;* q. e. n. *post inserta censet* BE. i) unum *c.*? k) *fortasse* nom. ill. l) deicola *c.*

*Karolus vero virum eruditum, linguarum plurium gnarum, scriptis celebrem, secum retinere ejusque opera in litterarum studiis excolendis aliisque negotiis perficiendis uti cupiebat. Cui quamvis aliquandiu refragratus esse videatur, cessit tamen, ejus servitio se dedit, immo familiaritate et amore regi conjunctus est. Testes sunt carmina inter Karolum, Petro Pisano calamum ducente, et Paulum commutata, ex quibus duo hoc loco repetere iuvat*[1].

Item versus Petri grammatici.

Nos dicamus Christo laudem Genitoris unico,
mundi legitur librorum qui creator paginis,
cuius fine clemens venit liberare perditos.

Ante secula qui natus paterna substantia,
ut salvaret quos creavit carnem nostram induit,
et innumeris ostendit virtutem miraculis;

Rupit tartara, calcato draconis imperio,
cuius mors terrarum orbem vastabat invidia,
vinctos diu paradysi perduxit ad gaudia.

Qui te, Paule, poetarum vatumque doctissimum,
linguis variis ad nostram lampantem provinciam
misit, ut inertes aptis fecundes seminibus.

Greca cerneris Homerus, Latina Virgilius,
in Hebrea quoque Philo, Tertullus in artibus,
Flaccus crederis in metris, Tibullus eloquio.

Tu nos gestu docuisti exemplorum credere,
quod amoris agro nostri plantatus radicitus
tenearis, nec ad prisca cor ducas latibula.

Cum grammatice Latinis fecundare rivulis
non cesses nocte dieque cupientis viscera
partiumque ratione Grecorum sub studio:

Haec nos facit firmiores doctrina laudabilis,
vestra de permansione qua fuit dubietas,
quod te restis nostrae cinxit nec dimittit anchorae.

*p. 18. *Credimus post Grecam, multis quam ostendis, regulam
te iam doctis traditurum Hebreorum studia,
quibus ille Gamalihel doctor legis claruit.

Magnas tibi nos agamus, venerande, gratias,
qui cupis Greco susceptos erudire tramite.
quam non ante sperabamus, nunc surrexit gloria.

Haud te latet, quod iubente Christo nostra filia,
Michaele comitante, sollers maris spatia
ad tenenda sceptra regni transitura properat.

1) *Ex cod. Paris. Nr.* 328. *Lebeuf edidit, Bethmann iterum descripsit.*

Hac pro causa Grecam doces clericos grammaticam
nostros, ut[a] in eius pergant manentes obsequio,
et Graiorum videantur eruditi regulis.

### Versus Pauli.

Sensi, cuius verba cepi exarata paginis.
nam a magno sunt directa, quae pusillus detulit;
fortes me lacerti pulsant, non inbellis pueri.

Magnus dicor poetarum vatumque doctissimus
omniumque praeminere gentium eloquio
cordis et replere rura fecundis seminibus.

Totum hoc in meam cerno prolatum miseriam;
totum hoc in meum caput dictum per hyroniam;
eheu[b]! laudibus deridor et cacinnis obprimor.

Dicor similis Homero, Flacco et Vergilio,
similor Tertullo sive[c] Philoni Memphitico,
tibi quoque, Veronensis o Tibulle, conferor.

Peream, si quenquam horum imitari cupio,
avia[d] qui sunt secuti; pergentes per invium
potius sed istos ego conparabo canibus.

Graiam nescio loquellam, ignoro Hebraicam;
tres aut quattuor in scolis quas didici syllabas,
ex his mihi est ferendus maniplus ad aream.

Nulla mihi aut flaventis est metalli copia
aut argenti sive opum, desunt et marsuppia.
vitam litteris ni emam, nihil est quod tribuam.

Pretiosa quaeque vobis dona ferant divites;
alii conportent gemmas Indicosque lapides;
meo pura tribuetur voluntas in munere.

Anchora me sola vestri hic amoris detinet,
nectar omne quod praecellit quodque flagrat optime.
non de litteris captamus vanae laudem gloriae.

Nec me latet, sed exulto, quod pergat trans maria
vestra, rector, et capessat sceptrum pulchra filia,
ut per natam regni vires tendantur in Asiam.

Si non amplius in illa regione clerici
Graecae proferunt loquillae, quam a me didicerint,
vestri, mutis similati deridentur statuis.

*Sed omnino ne linguarum dicam esse nescius, *p. 19.
pauca, mihi quae fuerunt tradita puerulo,
dicam; cetera fugerunt iam gravante senio:

a) *deest c.* b) heu *c.* c) seu *c.* d) avīa *c.*

De puero qui in glacie extinctus est.

Trax puer adstricto glacie dum ludit in Hebro,
Frigore concretas pondere rupit aquas.
Dumque imae partes rapido traherentur ab amni,
Praesecuit tenerum lubrica testa caput.
Orba quod inventum mater dum conderet urna,
'Hoc peperi flammis, cetera', dixit, 'aquis'.

*Haec non multo post annum* 781. *scripta sint oportet, quo Rothrud, Karoli filia, imperatori Constantinopolitano est desponsata*[1]. *Altero carmine Sigefridi regis Danorum mentio fit, cujus legati a.* 782. *Karolum adierunt*[2]*: conversionem ejus, jocose ut videtur, rex Paulo injungere voluit*[3]. *Karoli jussu epitaphia sororum, uxoris Hildegardis, quae a.* 783. *obiit, et filiarum duarum composuit*[4]. *Tunc etiam excerpta ex libris Pompeii Festi facta crediderim, quae Karolo transmissa*[5] *sine causa alteri cuidam*

1) *Ann. Lauresh., SS. I, p.* 32. 2) *Ann. Laur. maj., ib. p.* 162. 3) *V. carmina II et III, Z. f. D. Alt. l. l. p.* 452. *Ibique alia sunt collecta.* 4) *G. Mett., SS. II, p.* 265. 5) *Epistolam ex cod. Monacensi Nr.* 14734, *s. X, descriptam cum lectoribus communicamus, ut ipsi judicare queant, num Pauli ingenio respondeat:*

Divinae[a] largitatis munere, sapientia potentiaque praefulgido Caralo[b] regum sublimissimo Paulus ultimus servulus. Cupiens aliquid vestris bibliothecis addere, quia ex propriis perparum valeo, necessario ex alieno mutuavi. Sextus[c] denique Pompeius Romanis studiis affatim eruditus, tam sermonum abditorum, quam etiam quarundum causarum origines aperiens, opus suum ad viginti usque[d] prolixa volumina extendit; ex qua ego prolixitate superflua quaeque et minus necessaria praetergrediens, et quaedam abstrusa penitus stilo proprio enucleans, nonnulla ita ut erant posita relinquens, hoc vestrae celsitudini legendum conpendium[e] obtuli; in cuius serie, si tamen lectum ire non dedignabimini, quaedam secundum artem, quaedam iuxta ethimologiam posita non inconvenienter invenietis, et praecipue civitatis vestrae Romuleae, portarum, viarum, montium, locorum tribuumque vocabula diserta repperietis, ritus praeterea gentilium et consuetudines varias, dictiones quoque poematis[f] et historiographis familiares, quas in suis opusculis frequentius posuere. Quod exiguitatis meae munusculum si sagax et subtilissimum[g] vestrum ingenium non usquequaque[h] reppulerit, tenuitatem meam vita comite ad potiora excitabit.

*Adduntur versus:*

Multa legit paucis qui librum praedicat istum;
Hoc servus fecit, Karolo rege, tuus.
Sic una ex multis nunc fiat ecclesia templis;
Det David vires scilicet ipse Deus.

Urbs Romulea *etiam Hist. Lang. II,* 23. *et G. Mett. p.* 265. *dicitur;* extremus b. Benedicti servulus *scribit Paulus in homilia, Migne XCV, p.* 1577. — *De optimo cod. Paris. Nr.* 7662. *v. ib. p.* 1704.

a) *deest ed.* b) domino regi C. *ed.* c) Festus *ed.* d) *deest ed.* e) compendio *ed.* f) poetis *ed.* g) subtilismum *c.* h) quave *c.*

*Paulo*[1] *recentiores *tribuere voluerunt*[2]*: noster certe in Historia Langobardorum iis usus est. Sed etiam majus opus 'Paulo diacono, familiari clientulo nostro' rex injunxit, 'quo tractatus', ut ait epistola ipsius nomine scripta*[3]*, 'atque sermones diversorum catholicorum patrum perlegens et optima quaeque decerpens, in duobus voluminibus per totius anni circulum congruentes cuique festivitati distincte et absque vitiis obtulit lectiones'.* *p. 20.

*Quod cum hac praefatione regi transmisit*[3]*:*

Summo apici rerum regi dominoque potenti
  Dat famulus supplex verba legenda suus.
Ampla mihi vestro est humili devotio servo
Praeceptis parere tuis, celeberrime regum,
Quem dedit omnicreans Rector miseratus ab altis
Christicolum populis defensoremque patremque.
Sit licet effectus modicis pro viribus impar[a],
Ingens ardenti tamen est sub corde voluntas.
En iutus[b] patris Benedicti mira patrantis[c]
Auxilio meritisque piis, vestrique fidelis
Abbatis dominique mei, etsi iussa nequivi
Explere ut dignum[d] est, tamen, o pietatis amator,
Excipe gratanter, decus et mirabile mundi,

a) *ita Lugd.;* invir. *Mod.* b) iustus *Mod.* c) patrantibus *Mod.* d) dictum *Mod.*

1) *Talis hoc tempore plane ignotus est. Paulus diaconus Neapolitanae ecclesiae, qui Acta S. Mariae Aegyptiacae de Graeco in Latinum transtulit aliaque scripsit, Karoli Calvi tempore vixit. De quo cf. Fabricius, Bibl. med. V, p.* 199 *(ed. Flor.* 1858*); Bethmann p.* 323. *Posterius etiam vixisse videtur alter Paulus diaconus Casinensis, qui codicem scripsit epistolarum Pauli (ap. Mai, Spicil. V, p. XXII, minus recte commentarius dicitur in Pauli epistolas), v. Tosti, Hist. Casin. I, p.* 104. 2) *Objicitur quod in codd. nonnullis Paulus pontifex vel sacerdos dicitur; cf. Bethmann p.* 321. *Sed in vetusto illo Monacensi nihil ejusmodi legitur. Et in antiquo catalogo bibliothecae Laureshamensis, Mai Spicil. V,* 193, glossae Pauli diaconi *afferuntur, quo titulo apte excerpta illa indicari poterant. Neque quod negligentius excerpta facta, multa deformata sunt vel parum intellecta, a Pauli ingenio abhorret. Extrema epistolae verba, haec in primordiis initae cum Karolo familiaritatis ponenda esse, ostendunt.* 3) *LL. I, p.* 44. *Ex cod. Carlsruh. (olim Augiensi) s. IX, quo jam Mabillon usus erat, Ann. Bened. II, p.* 328, *denuo ed. Ranke, Theol. Studien und Kritiken* 1855, *p.* 387. 3) *Editionem paravit Bethmann ex cod. Batavo-Lugdunensi, Voss. Lat.* 4, *s. X, et Modoetiensi (Lectionario caractere quadrato s. VIII), quo usus est Frisi, Mem. di Monza III,* 152. *Exstat etiam in cod. Carlsruhano, olim Augiensi, ex quo partem ed. Mabillon l. l. p.* 329.

Qualemcumque tui famuli, rex magne, laborem;
Quodque sacro nuper mandasti famine condi,
Nunc opus acceptans, rutilo comitare favore.
In quo si quid erit labis[a] vitiique nocentis,
Illud vestra sagax nimium sapientia purget,
Utque legi per sacra queat domicilia Christi,
Nullius titubante fide si sensibus altis
Enixe, ut cupio, vestris utcumque placebit,
Firmum ordo capiat vestra sanctione vigorem.

*Quae hic de ope sancti Benedicti et abbatis 'domini sui' dicta sunt suadere videntur, ut grandem hanc homiliarum collectionem a Paulo Casinum reverso demum absolutam esse statuamus*[1].

*In Francia vero, Angilramno episcopo Metensi petente*[2], *prope quem in quodam urbis monasterio diutius vixisse vi-* *p. 21. *detur*[3], *Gesta scripsit episcoporum Metensium, opus *ad imaginem Gestorum pontificum Romanorum conceptum, cujus simile cis Alpes nondum exstabat, quod postea vero quam plurimi sunt imitati. Quo etiam ut Karoli majores, Arnolfum episcopum ejusque propaginem ipsumque Karolum celebraret, nactus est occasionem*[4]. *Praeterea tunc fortasse, Adalhardo abbate Corbejensi flagitante, Gregorii I. papae epistolas describendas emendandasque suscepit, sed aegritudine impeditus nonnisi minori earum parti hanc curam impendere potuit*[5]. *Epistolam huic libro praemissam ex codice archetypo, tunc in bibliotheca S. Germani Parisiensi asservato, cujus fata nescimus, descriptam Mabillon edidit partemque aeri incidere fecit*[6]. *Quam, cum auctoris vitae et studiis lucem afferat, hic quoque inserendam duximus.*

a) labiis *Lugd. Mod.*

1) *Ita recte Dahn p.* 48 *sq. contra Bethmannum (p.* 265 *n.* 301; *cf. tamen p.* 249. 272*).* 2) *Hist Lang. VI,* 16. 3) *Epistola supra edita procul dubio hic scripta est. Neque tamen locus a Pertzio, SS. II, p.* 260, *allatus (ib. p.* 263*) docet, Paulum dum scriberet ibi praesentem fuisse.* 4) *Cf. quae Bonnell, Anfänge p.* 45, *contra Bethmannum p.* 266, *qui etiam altiora Paulo tribuere voluerat consilia, monuit. Inter gloriosa Karoli facta etiam Langobardorum subjectionem recenset et 'clementem regis moderationem', qua 'victoriam temperavit', praedicat.* 5) *Totus epistolae tenor, et singula verba, ut* 'Paulus supplex', *quae de se* 'paupere' *scribit, quod Mosellae mentionem facit, omnem dubitationem tollunt, quin Paulus hic revera noster sit Casinensis. Mabillon, Ann. II, p.* 284, *ipsum jam senem in suo monasterio hoc opus suscepisse, opinatus est. Certe nimis audacter Bethmann p.* 298. *epistolam ad Mosellam scriptam contendit. Rheni et Mosellae mentionem etiam postea facere poterat; sed* 'pauper et cui desunt librarii' *fortasse magis itineri Gallico quam monasterio Casinensi conveniunt. Adalhardus ipse aliquamdiu ante a.* 780. *hic monachus versatus est, Vita c.* 12, *SS. II, p.* 525; *cf. Mabill. Ann. II, p.* 252. 6) *Acta I,*

Carissimo fratri et domino Adalardo, viro Dei, Paulus supplex. Cupieram, dilecte mi, aestate praeterita videre faciem tuam, quando illis in partibus fui; sed praepeditus lassitudine sonipedum ad te venire non potui. Interioribus tamen oculis, quibus solis valeo, tuae fraternitatis dulcedinem frequenter aspicio. Volueram equidem tuis imperiis iam ante parere; sed, utpote pauper et cui desunt librarii, prius hoc facere nequivi, maxime cum me tam prolixa valitudo contriverit, ut a mense Septembrio paene usque ad diem nativitatis Domini lectulo detentus sim, neque licuerit clericulo illi, qui haec eadem utcumque scripsit, manum ad atramentarium mittere. Suscipe tamen, quamvis sero, epistolas quas desiderasti; et quia mihi eas ante relegere prae occupatione totas non licuit, 34 ex eis scito relectas et prout potui emendatas esse, praeter pauca loca, in quibus minus inveni, et tamen meo ea sensu supplere nolui, ne viderer tanti doctoris verba inmutare. Quibus in locis et forinsecus ad oram zetam, quod est vitii signum, apposui. Tua itaque fraternitas, si se facultas dederit, reliquas epistolas ad emendatiorem relegere studeat codicem, sed et loca, in quibus minus habetur, nihilominus supplere. Hoc tamen sanctitati tuae suadeo, ne passim propter aliqua, quae in eis minus idoneos latere magis quam scire convenit, publicentur. Vale, frater amabilis, semper in bonis gliscens; et cum mentem ad superna tetenderis, memento mei.

Ante suos refluus Rhenus repedabit ad ortus,
   Ante petet fontem clara Mosella suum,
Quam tuus e nostro, carum ac memorabile semper
   Dulce Adalard nomen, pectore cedat amor.
Tu quoque, si felix vigeas de munere Christi,
   Esto memor Pauli tempus in omne tui.

*Paulus per plures annos in Francia degens diversas ejus regiones visitavit, mox regem, ut opinari fas est, comitatus, mox fortasse celebriora sui ordinis monasteria 'orationis causa' adiens. Theodonis villam*[1] *venit, Pictavi ab Apro S. Hilarii abbate *rogatus celeberrimo poetae Fortunato epitaphium composuit*[2]*; etiam in boreales Galliae partes profectus esse videtur*[3]*, vix tamen Rhenum transgressus.* *p. 22.

*Post aliquot annos vero in patriam rediit; id quod rege permittente factum sit, oportet, cum Paulum intima familia-*

*p.* 397*; Ann. II, p.* 284*; De re dipl. p.* 360. *Codicem a.* 1791. *furto esse ablatum, V. Cl. Delisle retulit; v. N. Arch. I, p.* 607. 1) *Hist. Lang. I,* 5. 2) *Hist. Lang. II,* 13. 3) *V. supra epistolam ad Adalhardum.*

*ritate etiam post Karolo junctum videamus*[1]. *Sed Arichi duci quoque amicitiam servavit, eique a.* 787. *mortuo epitaphium confecit, venerationis et amoris insigne monumentum*[2]. *Romae*[3], *his fortasse annis*[4], *vitam scripsit Gregorii I. papae. In monasterio vero Casinensi sermones, quales plures exstant*[5], *aliaque composuit. Cum Karolus regulam sancti Benedicti peteret, a Paulo epistola 'dictata est', quacum Theudemarus abbas et conventus illam transmiserunt*[6]. *Praeterea discipulos etiam aliunde venientes in litteris erudivit*[7]. *Per ultimos vero vitae annos libro operam navavit, qui inter rerum medii aevi scriptores insignem locum ipsi vindicat. Cum quondam de historia Romana continuanda cogitasset, nunc gentis suae gesta*

1) *Ejus rei luculenta sunt testimonia carmina a Karolo Casinum missa, de quibus v. Bethmann p.* 248 *sqq.* 2) *Quod servavit Chron. Salern. I,* 20, *p.* 482. *Similibus verbis laudatur in carmine inedito Cod. Harlei. Nr.* 3685, *a. V. Cl. Dümmlero mecum communicato, quod non sine causa Paulo tribueris:*

Catholicus princeps Arichis, tam corpore pulcher
Pectore quamque magis virtute insignis, et armis
Omnia conponens, quem sic sapientia compsit,
Redderet ut variis satis artibus esse potentem,
Quo merito Latie dicatur gloria gentis
Bardorum et culmen, pietatis cultor et index,
Iusticieque tenax, summus servator honesti;
Iste pater patrie, lux..... omne suorum,
Mente satis vigili pensare et acumine magno
Tempore supremo ventura pericula seclo *etc.*

*Sunt fortasse 'Versus ad Arechis', quos Petrus Casinensis recenset; v. p.* 17 *n.* 3) *Romae scriptam ostendunt verba c.* 1: in hac urbe Romana; *cf. c.* 4: intra urbis huius muros; *c.* 23. 29: in hac civitate Romana. *Paulum auctorem esse, non solum codicum probatur auctoritate, sed etiam cap.* 10. *comparatione cum Hist. Lang. III,* 23. *et Gregorio Turonensi, ex quo haec sumta sunt.* 4) *Hist. Lang. III,* 24: ante aliquod(t) annos. *Cur Bethmann p.* 304. *vitam hanc scriptam putet, antequam Paulus monasterium ingressus sit, non video. Verba c.* 6: nos tamen credere decet nihil eum monasticae perfectionis perdidisse occasione curae pastoralis, *monacho convenire patet.* 5) *Bethmann p.* 302. *Homilias a Martenio et Maio editas collegit Migne XCV, p.* 1566. *Tertia integra edita exstat ap. Tosti p.* 106—112; *cf. Bibl. Cas. I, p.* 242. *II, p.* 52. *De Paulo auctore sine causa dubitat Dahn p.* 69. 6) Epistula ad regem Karolum de monasterio sancti Benedicti directa et a Paulo dictata. *Ed. Jaffé, Bibl. IV. p.* 358. *Codices etiam Romae in bibl. Barber. XI,* 64 *et Tuderti vidit Bethmann; Arch. XII, p.* 379. 530. *In anno* 791. *eam collocat Dahn.* 7) *Johannis G. episc. Neap.*: Alios deinde clericos in monasterium sancti Benedicti Paulo levitae destinavit *(episcopus Stephanus).* Unus vero de istis Iohannes nomine, qui post diaconus ordinatus est, apprime eruditus effulsit. *His cur fidem deneget Dahn p.* 73, *non video.*

*enarranda suscepit. Nec tamen, quo tempore Historia Langobardorum incepta sit, vel quo anno mors ipsum ab opere imperfecto avocaverit, constat. Sed ante Karoli coronationem Romanam eum calamum deposuisse, conjicere licet. Diem obitus* 13. *Aprilis Necrologium Casinense annotavit*[1]. *Ejus memoriam vero celebrat carmen in ipso monasterio sive ab Hildrico ejus discipulo sive sub hujus nomine factum et tumulo inscriptum, quod quamvis errore non careat, grave tamen *vitae et meritorum ejus testimonium est habendum*[2]*; quo nec hoc loco carere possumus*[3]. *p. 23.

Epytaphyum Pauli diaconi.

**P**erspicua clarum nimium cum fama per aevum
**A**stra simul iunctum pangant te caetibus almis:
**V**eridicos, levita, tuos quis, summe, triumphos
**L**ucifluis, Paule, poterit deprómere dictis?
**U**t tua sed lector properans huc noscat et hospes
**S**acrata tumulo requiescere membra sub isto,
**L**audis, amande, tuae summatim carmine digno
**A**lmificos actus dignum est reserare canendo.
**E**ximio dudum Bardorum stemmate gentis,
**V**iribus atque armis quae tunc opibusque per orbem
**I**nsignis fuerat, sumpsisti generis ortum.
**T**am digna[a], postquam, nitidos ubi sepe Timabus
**A**mnis habet cursus, genitus tu prole fuisti,
**D**ivino instinctu regalis protinus aula
**O**b decus et lumen patriae te sumpsit alendum.
**C**um tua post ibidem[b] populis et regibus altis

a) digna est *c.* b) *ita corr.;* tibidem *c.*; Tibridem *edit.*

1) Eidus Aprilis obiit venerandus memoriae domnus Paulus diaconus et monachus; *cf. Bethmann p.* 249. 2) *Legitur in cod. Casin. Nr.* 353, *f.* 286, *vix tamen s. X. medio, ut Bethmann putavit, p.* 250 *n., sed, ut eruditi Casinenses et V. Cl. Sickel me petente agnoverunt, s. XI. exeunte folio vacuo relicto inscriptum. Aperti vero scribendi errores, vetustius exemplar hic exceptum esse, probant. Quae Chronici Salernitani auctor c.* 37, *p.* 489*:* super eius tumulum partim quae in hoc mundo gessit, partim de eius prudenciis, quove temporibus perdurasset, sacris litteris exaratum invenimus, *eadem fuisse videntur, temporum notis aucta, quae, vix versibus expressae, in codice non sunt repetitae. Dahn epitaphio omnem denegandam putat fidem, quia de tempore quo Paulus monasterium Casinense ingressus est minus recte referat. Sed Hildricus fortasse puer, cum Paulus post plures annos, 'aula regia et gloria saeculi' relicta, in monasterium rediret et denuo 'colla s. Benedicto subderet', primitias vitae monasticae aut nescire aut consulto praeterire poterat. Cf. praeterea quae monui Gött. Gel. Anz.* 1876, *p.* 1515 *sq.* 3) *Priores editiones affert Bethmann p.* 250. *Quibus adde Migne p.* 429*; Dahn p.* 103.

Tunc placida cunctis vita studiumque maneret:
Omnia sophiae caepisti culmina sacrae,
Rege monente pio Ratchis, penetrare decenter.
Plurima captasses digne cum dogmata cuius,
Resplendens cunctos superis ut Foebus ab astris:
Arctoas rutilo decorasti lumine gentes.
Etsi[a] iam nimium fluidi cum gloria saecli
Condignis ditaret ovans te sedule gazis:
Lucis ob aeternae vitam sine fine beatam
Audacter sprevisti huius devotus honores,
Regis et inmensi fretus pietate polorum,
Vernanti huc domino properasti pectore Christo
Subdita colla dare Benedicti[b] ad septa beati;
Exemplis mox comta tuis[c] ubi contio sacra
Tum iubar ut fulgens caepit radiare coruscis.
In te nam pietas iugiter, dilectio dulcis,
Nectareus et pacis amor, patientia victrix,
*p. 24. *Simplicitas sollers nimium, concordia summa,
Omne simulque bonum semper, venerande, manebat.
Nunc ideo caeli te gemmea regna retentant;
Sideream retines pariter per saecla coronam.

Hoc tibi, posco sacer, gratum sit carmen honoris,
Hildric en cecini quod lacrimando tuus.
Quem requiem captare tuis fac, queso, perennem
Sacratis precibus, semper amande pater!

*Saeculo X. vero fama popularis et scriptoris fabulas vendere cupidi levitas de Paulo, viro in Italia inferiori celeberrimo, tradiderunt*[1]*, quae a vero plane abhorrere, primo nunc patet aspectu, quae tamen alii ejus regionis auctores, Leo Ostiensis*[2]*,*

a) Ec sin *c.* b) *fortasse legendum:* ad Benedicti. c) *ita ed.; evanuit vox in cod.*

1) *Chron. Salern. c.* 9, *SS. III, p.* 476; 36. 37, *p.* 488. 2) *I,* 15, *SS. VII, p.* 591. *Addit, Paulum Desiderii fuisse notarium, et de scriptis ejus haec monet:* In historia etiam Romana, quam Eutropius breviter composuerat, eiusdem Adelpergae rogatu plurima hinc inde ex historiis ecclesiasticis addidit. Ad ultimum vero duos libellos a tempore Iuliani apostate, in quem ipsam hystoriam Eutropius terminaverat, usque ad tempora primi Iustiniani imperatoris eidem annexuit. Necnon et universas fere annalis computi lectiunculas rithmice composuit.... Historiam quoque gentis suae, id est Langobardorum, et nonnulla alia scripta eleganti stilo composuit. Inter quae versus quoque reciprocos elegiaco metro digestos et hymnum de singulis beati Benedicti miraculis satis diserto sermone conscripsit. *Praeterea de carmine a Karolo ipsi misso refert. Petrus Casinensis haec ita auxit, De vir. ill. Cas. c.* 8 *(ed. Fabricius p.* 107*):* Paulus Aquileiensis patriarchii diaconus regisque Desi-

*Iohannes Vulturnensis*[1], *Romualdus Salernitanus*[2], *latius propagarunt: Paulum consiliarium dilectissimum et fidelissimum regis Desiderii fuisse, quo devicto bis terve in Karoli necem eum conspirasse, ideo aliis poenis relaxatum in exilium missum esse, sed fuga elapsum tunc demum Beneventum ad ducem Arichim venisse, hoc mortuo in S. Benedicti coenobio sanctae religionis habitu indutum esse et ita usque ad vitae finem et litterarum studio et humilitate necnon et taciturnitate excelluisse. Neque rectius Paulus Aquilegiensis ecclesiae diaconus dicitur*[3], *sed in monasterio Casinensi hunc primum ordinis ecclesiastici gradum*[4] *assecutus esse putandus est. Quae vero de commentario in regulam S. Benedicti scripto*[5] *et palatio, quod in urbe sua Arichis dux construxerat, a Paulo versibus ornato Salernitanus tradit, comperta habere potuit.*

derii notarius sub Theodemario abbate ad Casinum perveniens monasticumque scema suscipiens, sanctitate, gravitate suo tempore singularis, philosophia quoque a pueritia eruditus. Composuit in laudem beatissimi Benedicti versus elegiaco metro digestos; hymnos quoque sancti Iohannis baptistae sanctique Benedicti, versus ad Carolum imperatorem, ad Arichis Beneventanum principem, sanctique Fortunati episcopi vitam eleganter descripsit; homilias quoque quinquaginta, sancti pontificis Gregorii vitam, in regula sancti Benedicti expositionem, ac de ingressu Langobardorum in Italiam, origine regnoque eorum historiam valde luculentam edidit. In historia autem Eutropii quam plurima adiunxit. Universas etiam lectiunculas a principio mundi usque ad suam aetatem una cum annali computo rithmice composuit. Fuit autem temporibus Caroli imperatoris. Sepultus est in eodem cenobio iuxta ecclesiam sancti Benedicti ante capitulum. *Cf. quae de his monuit Bethmann p.* 251 *n.* 1) *Muratori I,* 2, *p.* 326. 2) *Muratori VII, p.* 144. 150. *In nova SS. Vol. XIX. editione omissa.* 3) *c.* 37, *p.* 489. *Quod Leo omisit.* 4) *Paulus a se ipso in homilia de s. Benedicto (Bethmann p.* 302*) et a coaevis saepissime 'diaconus' vocatur; 'levita', quod idem significat, in epitaphio et in Johannis G. epp. Neap. Cf. Bethmann, p.* 254 *n. 'diaconus et philosophus' audit in cod. Casin. (Migne p.* 1574*).* 5) *c.* 37, *p.* 488: Set dum valde fuisset nempe oratus a patre ipsius monasterii simulque quippe et a fratribus, ut praedictam regulam, quicquid obscurius invenire ibidem, in patulo proderet, ipse vero obedienter omnimodis se talia nimirum adimplere respondit, atque quicquid obscurius ibidem repperire potuit, mirabili relatione in patulo protulit, codicemque illum 'super regulam' appellari praecepit. Scripsit autem et alia nonnulla opuscula sermone luculento. *Cf. hac de re Bethmann p.* 299. *Codex Bobiensis s. X. aperte dicit*: Incipit expositio Pauli diaconi super regulam sancti Benedicti abbatis. *Cui fidem habendam esse puto. — Ibid. p.* 489: ipsum palatium, quod princeps... Arichis struxit in memorata Salernitana urbe, undique ipsum versibus illustravit. Set quia fuerunt sequestrati et propter longo tempore sunt vetustati, numerare legereque illos nequivimus. Nam si in una quippe pagina fuissent nexi, comparare illos profecto potuissemus Maroni volumina nimirum Catonique sive profecto de aliis sophistis. *Num 'Versus in*

*p. 25. **Apud eum de Historia Langobardorum ne verbum quidem. Sed saeculo prius Erchempertus scripsit:* Langobardorum seriem, egressum situmque regni, hoc est originem eorum, vel quomodo de Scandinavia insula egressi ad Pannoniam, iterum a Pannonia Italiam transmigraverint regnumque susceperint, Paulus, vir valde peritus, compendiosa licet brevitate set prudenti composuit ratione, extendens nichilominus a Gammara et duobus liberis eius hystoriam Ratchis pene usque regnum. *Et mox non solum in patria terra sed per totum Franciae regnum propagatus, lectus et exscriptus est liber, quo Paulus res a popularibus gestas memoriae tradere studuerat.*

*Opus procul dubio ab ipso auctore in sex libros est digestum; libri in capitula divisi; cuique libro capitum index praemissus. Liutprandi regis obitus sexto libro finem facit; in cujus ultimo capitulo cum Paulus dicat:* miraculum quod posteriori tempore gestum est, in loco proprio ponemus, *de historia ulterius deducenda, id est libro certe septimo adjiciendo, quin ipse cogitaverit, dubitari nequit*[1]. *Ideo, ut videtur, liber praefatione caret, ita ut de ejus consilio et fontibus nonnisi ex ipso judicari possit.*

*Ut res a sua aetate remotas narraret, Paulus quotquot potuit subsidia satis diligenter adhibuit*[2]. *Brevem illam Langobardorum historiam Originis nomine inscriptam integram fere recepit; etiam quae fabulosa ipsi videbantur cum lectoribus communicare, observationibus suis additis, fas duxit (I, 8). Cum his alteram conjunxit narrationem, quae prorsus diversa de sedibus et migratione gentis illius tradidit, haec inter se pugnare vix animadvertens vel parum curans. Postea praesertim Secundi episcopi Tridentini*[3]

*tribunali' a Hauptio et Dümmlero (Z. f. D. Alt. XII, p.* 460*) editi huc pertineant, incertum est; ne Pauli nomen quidem indicant. Sine causa vero Leo Ostiensis idem de palatio Beneventano dixit; v. Bethmann p.* 251 *n.* 1. 1) *Quod Erchempertus loco supra allato dicit, certe ad initium regni Ratchis referendum est. Quae vero de causa addit, qua Paulus adduci potuerit, ut calamum hoc loco deponeret, in mera conjectura consistunt.* 2) *De fontibus historiae Langobardorum diligenter tractavit R. Jacobi Halensis.* 3) *Ex codice Weingartensi hoc ejus fragmentum ad a.* 580. *pertinens edidit Bonelli, Notizie storiche della chiesa di Trento III (Trento* 1762*), p.* 483*; inde Troya, Codice dipl. Nr.* 8*; Bethmann, Arch. X, p.* 350*; Baudi di Vesme, Edict. p. LXXV):* A principio usque ad passionem Domini sunt anni 5229, passo Christo usque in presentem annum sunt 554, et a presente pascha iuxta prophete eloquium, secundum quod humane fragilitati datur capere intellectum, restant de presenti seculo anni 217. Et in hoc supra memorato anno fuit bissextus, residentibus in Italia Longobardis ann. 12, eo quod secunda indictione in ea ingressi sunt mense Maio.

*libro adjutus est, qui saeculo VI. exeunte, VII. ineunte vixit (obiit a. 612) et Paulo teste 'succinctam de Langobardorum gestis composuit historiam' (IV, 42; cf. III, 28. IV, 27), qua fortasse etiam antiquiora illa tempora tetigit*[1]. *Certe Paulus quaecumque de rebus s. VI. et VII. gestis accuratius refert ex hac sumsisse *putandus est*[2], *qua destitutus brevem* * p. 26.
*et jejunam tantum temporum subsequentium notitiam dedit (IV, 23 sqq.). His vero ea inseruit quae de imperatoribus Constantinopolitanis, de regibus Francorum, de scriptoribus ecclesiasticis, de monasterio S. Benedicti comperta habuit, ita ut generalem fere s. VI.—VIII. historiam conderet, quae historiae Romanae in medio saeculo VI. desinentis quasi continuatio possit haberi. Ad manus ei fuerunt Plinii historia naturalis, Servii commentarius in Vergilium, quem Donati nomine laudat (II, 23), Catalogus provinciarum Italiae infra edendus (II, 20), Isidori chronicon et Etymologiae, Gregorii I. Magni dialogi et epistolae, Gesta pontificum Romanorum ad Gregorium II. usque deducta, Marci carmen in laudem S. Benedicti (I, 26), Eugippii vita Severini, Autperti vita Paldonis et Tasonis (VI, 40), Jordanis liber de rebus Geticis (II, 17)*[3], *Gregorii Turonensis Historia ecclesiastica Francorum, in qua multa etiam de Francorum bellis cum Langobardis gestis invenit*[4], *Bedae liber de sex aetatibus mundi et Historia ecclesiastica Anglorum, Digestorum codex (I, 25), Edictus Rotharis cum additionibus Grimoaldi (I, 21. V, 33), epitaphium Droctonis quod Ravennae exstabat (III, 19). Praeterea fastos vel annales s. V. (I, 25. II, 14), fortasse etiam catalogum ducum Beneventanorum*[5] *et Spoletanorum habuisse putandus est. Plura vero eaque magni facienda etiam ex populi ore collegit, sive car-*

Acta sunt supra scripta omnia in civitate Tridentina in loco Anagnis, presedente Agnello episcopo anno 3. expleto. Ego Secundus servus Christi scripsi hec conversionis sacre relegionis mee anno 15, imperii Tiberii anno primo, mense Iunio, indict. 13. 1) *Secundi codicem adhuc s. XII. Brixiae fuisse, incerta est notitia; Emmert, ap. Mone Anzeiger* 1839, *p.* 282. 2) *Cf. Baudi di Vesme, Edicta Introd. p. LXXIV, qui tamen nimia fiducia de singulis locis judicat. Quae Cont. Prosperi Havniensis de Langobardis narrat notatu valde digna ex Secundo sumta esse, Bethmann (Arch. X, p.* 381*), Hille (p.* 10*), alii statuerunt. Sed recte Jacobi hoc negavit.* 3) *Unum hunc locum non magni facerem, nisi in historia Romana saepius eo usus esset. Libri de regnorum successione certa vestigia haud inveni.* 4) *Fredegarii epitomen et chronicon inter Pauli fontes non retulerim, quamvis nonnumquam (II,* 5. *IV,* 15. 43. 50*) similia narret.* 5) *Nimis certe de chronico ducum Beneventanorum loquitur Baudi di Vesme p. LXXIV. Tale si exstitisset, in Gestis epp. Neapolitanorum, Vita Barbati ejus vestigia deprehendere deberemus.*

*minibus ferebantur sive singulis locis narrabantur (II, 8. III, 32. VI, 5; cf. I, 27). Saepe ad ea provocat quae ab aliis visa audierat (I, 2. 6. 13. II, 8. V, 19). Etiam terrarum situm cognoscere et describere ipsi curae est: primo et secundo praesertim libro, cum pauca de rebus gestis tradenda essent, in his versatur. Italiam saepius pervagatus — praeter Papiam, Romam, Beneventum, etiam Modoetiam et Astam eum vidisse, verisimile est (IV, 22. V, 6); Larium lacum carmine celebravit*[1] *— de ecclesiis aliisque aedificiis con structis notitias collegit (IV, 48. V, 34. 36. VI, 1. 17. 58). Nihilominus vero multa et gravia ejus notitiam effugisse, scriptorum Byzantinorum aliorumque monumentorum quae exstant comparatio docet.*

*Libris scriptis Paulus ita usus est, ut non raro ipsorum verba retineret, id quod praesertim in locis ex Gregorio et Beda sumtis factum videmus, alibi vero ea paulo plusve mutaret, augeret. Eandem qua in historia Romana res diversas inter se conjunctas videmus levitatem*[2] *hic deprehendimus*[3]*. Neque id cavit, ne talia adjiceret quae vel verborum sensum turbarent vel res aliter disponerent. Temporum ordinem parum curat. Quae gentis suae gloriae nimis adversari videbantur silentio praeterit*[4]*. Ecclesiae catholicae addictus Theodelindam celebrat, cujus meritis Langobardi 'a gentilitatis errore' ad catholicam fidem sunt conversi (IV, 6), non tamen acerbius antiquiores castigat reges qui fidem profitebantur Arianam. Rarissime judicium prodit; aequo animo res a se remotas perstringit*[5]*. Nimis fabulosa respuit*[6]*, fideliter vero quae ex ore populari accepit reddidisse videtur.*

*p. 27. **Narratio his praesertim partibus vivacior quam verior; nonnumquam carminum antiquorum relatum audire credas.*

*Veteres auctores non multos affert neque magnam eorum*

1) *Z. f. D. Alt. XII, p.* 451. *Dahnio assentiri nequeo, qui p.* 66. *hoc carmen Pauli esse negat.* 2) *V. quae Bauch dissertatione sua p.* 64. *de Romana exposuit historia. Neque Oechsli p.* 58. *et Droysen, Forsch. XV, p.* 175, *mihi alia persuadere potuerunt.* 3) *Singulis locis haec annotanda duxi.* 4) *Bethmann p.* 285. *benignius de eo judicasse videtur. Neque Baudio di Vesme prorsus assentiri possum dicenti: 'Paulus spectatae omnino fidei quamvis non semper recti judicii historicus'.* 5) *Quae Dahn p.* 16. *de operum indole dicit probare nequeo.* 6) *Sed sanctorum miraculis firmiter credidit. Iis quae I,* 26. *de S. Benedicto canit conferas homiliam (Migne p.* 1575. 1579*):* Testatur hoc quod loquitur recens illud miraculum, quod ante hoc fere decennium gestum multisque vestrûm est cognitum, mutum scilicet ante eius hoc corpus sacratissimum fuisse locutum... quod est admirandum vehementius, non solum loquelam propriam, hoc est barbaram, coepit effari, sed simul etiam et Latinam.

*copiam habuisse videtur. Ad historiam Romanam augendam praeter Hieronymi et Prosperi chronica praesertim epitomen quae Aurelii Victoris nomine fertur, Orosium et Jordanem adhibuit, praeterea Frontinum, Plinium; an Livium viderit, dubium est. Vergilii locum in Historia Langobardorum exscripsit (I,* 6*); alios poetas in carminibus memorat vel imitatur.*

*Paulum plerosque sui saeculi, praesertim vero temporis anterioris scriptores lingua puriore superasse, ex eo patet, quod tam Karolus rex quam Adalhardus abbas stilo ejus utebantur ad libros veteres emendandos, soloecismos aliaque vitia eliminanda*[1]*. Et quam diligenter in hac re versatus sit, ipse epistola ad Adalhardum data profitetur. Sunt qui etiam grammaticum opus ipsi tribuerint*[2]*.*

*Vix tamen sermonem, quo in Historia Langobardorum usus est, laudaveris. Si codicibus antiquissimis fides, non raro contra grammaticae regulas peccavit Paulus. Linguae vulgaris, qua s. VII. et VIII. scriptores tantum non omnes utebantur, tam Itali quam Galli, vestigia non pauca invenies. Non certo certius constat, quae ipsi Paulo, quae amanuensibus sint tribuenda. Si Historia Langobardorum aliis libris negligentius scripta videtur et plura barbarae locutionis exempla praebet, considerandum quidem est, opus imperfectum esse et vix ab ipso Paulo relectum. Nec tamen a falsis verborum formis et soloecismis abstinuisse censendus est*[3]*. Qua de re cum alibi fuse disseruerim (N. Archiv I, p.* 539 *sq.), haec breviter monuisse sufficiat*[4]*, ne lectores offendant quae nimis barbare expressa deprehendent. Codices etiam plura ejusmodi praebent, et caute ea tantum recepi quae certa eorum auctoritate fulciri videbantur, aliis quae magis dubia erant in annotationes relatis*[5]*.*

1) *Nescio unde Mabillon, De re dipl. p.* 51, *hauserit, cum dicat, Paulum homilias per annum legi solitas et aliquot Augustini epistolas interpunctionis signaculis illustrasse. Certe in epistola Karoli encyclica hac de re nihil.* 2) *Cf. Bethmann p.* 319, *qui testimonia collegit. In cat. bibl. Lauresh. ap. Mai Spicil. V, p.* 19 *(Rhein. Mus. XXIII, p.* 390*) legitur:* Ars grammatica S. Augustini. Item Pauli Diaconi ad Carolum regem. *Id vero procul dubio ad codicem pertinet nunc Vaticano-Palatinum Nr.* 1746, *ubi f.* 27'. *legitur:* Incipit ars Donati quam Paulus diaconus exposuit; *quo titulo Donati artem quam dicunt minorem contineri, A. Wilmans monuit (Rhein. Mus. XXIII, p.* 397*). V. Cl. Keil, Grammaticorum Latinorum editor doctissimus, tale Pauli opus minime se invenisse, mihi scripsit.* 3) *Etiam Einhardum in epistolis et translatione S. Petri et Marcellini negligentius Latina lingua usum esse quam in Vita Karoli, nuper Dünzelmann monuit.* 4) *Similibus soloecismis alia hujus temporis carmina laborare, jam Giesebrecht, De litt. stud. p.* 36 *h., invitus fere concessit.* 5) *Hoc unum addam:*

*Sunt quidem quae suadere possint, Historiam Langobardorum non semel editam esse, sed illi quae in plerisque exstat codicibus libri formae aliam praecessisse. In indice enim capitum libri VI. ultima duo capitula non notata sunt, semel etiam antecedens (56) omissum, et ipsa haec capitula (56—58) codici desunt qui singularem Pauli recensionem praebet (B 2 infra nominandus; B 1 jam fine destitutus est). Haec non raro Pauli verba mutavit, quaedam aliter expres-* *p. 28. *sit, quaedam etiam addidit, quae ab *ipso auctore profecta esse credere posses. Sed alia ex errore nata videntur vel certe Paulo haud tribuenda (I, 21.* adalingi *pro* Lithingi; *II,* 9. machedonus, *vocabulum prorsus inauditum pro* marpahis), *ita ut conjecturam illam tenere vix liceat. Pauli librum neutiquam grammaticorum manus evasisse, qui sermonem elegantiorem reddere studerent, aliis codicibus comparatis edocemur.*

*Nam mox Historia Langobardorum magnam famam est nacta latissimeque divulgata. Andreas Bergomas et alii eam continuandam susceperunt; Erchempertus res Beneventanas gestas descripturus ad ejus exemplum provocat. Saepius excerpta facta, modo ut res Langobardorum brevius narrarentur, modo ita ut ea quae ad res Romanas et ecclesiasticas pertinebant separatim describerentur (ita in cod. Cheltenhamensi s. IX). Quotquot de rebus Langobardicis et Italis postea egerunt, Pauli libro usi sunt*[1]*. Inter quos auctor qui Gesta episcoporum Neapolitanorum condidit primum in Italia locum obtinere videtur; in Francia Regino*[2]*. Postea etiam rerum Danicarum scriptor Saxo Grammaticus Paulum exscripsit*[3]*. Codices vero innumerabiles fere per totam Europam sparsi, ita ut vix ullum opus historicum, si unum Martini Oppaviensis chronicon excipias, per medium aevum toties sit descriptum quam Pauli Historia Langobardorum. Etiamnum plus quam centum exstant libri manuscripti, sive integri, sive mutili*[4]*; aliorum apud recentioris temporis scriptores notitiam habemus; non pauci prorsus interciderunt.*

*quod contra Bethmanni sententiam et contra codicum aliquot auctoritatem* ae *et non* e *scripsi, codice epistolarum Gregorii Adalhardo transmisso approbatur. In ipsius epistolae specimine a Mabillonio edito legitur:* aestate, tuae, prę. 1) *Quorum magnam partem affert Bethmann p.* 316. *Omnium primum Einhardum nominat; sed nescio an ad errorem ductus Pertzii verbis, SS. II, p.* 429, *qui p.* 431. *Gesta tantum episcoporum Mettensium indicat.* 2) *Ante eum Walafridus Strabo Pauli Gesta Langobardorum laudat, De div. off. c.* 28, *ed. Migne CXIV, p.* 962. 3) *l. VIII, ed. Müller p.* 418 *sq.* 4) *Bethmann a.* 1851. *(Arch. X, p.* 319*)* 98 *recenset,* 15 *deperditos luget. Hunc sequitur Abel, Transl. p. XXI, qui* 114 *notos esse dicit. Nunc* 108 *indicare, c.* 20 *deperditos afferre licet.*

*Unus alterve non longe a Pauli aetate abest, alii certe saec. IX. vel X. exarati, plerique posteriori aetate usque ad artis typographicae incunabula descripti. De quibus partim Bethmann, partim ipse in Annalibus nostris (Archiv der Gesellschaft VII, p. 275 sqq. X, p. 317 sq. Neues Archiv I, p. 535 sqq.) fusius egimus. Hic singulos breviter tantum recensemus*[1]*, plures discernentes classes, litteris majoribus indicatas (A 1 sqq.).*

*(1) Omnium qui exstant antiquissimus est codex rescriptus bibliothecae Asisiensis, prima manu litteris quas dicunt uncialibus saec. VIII. exeunte, ut videtur, exaratus, in quo fragmenta libri II. et V. deprehendit Bethmann. De quorum indole v. N. Arch. l. l. p. 537.*

*(2) A 1. Ecclesiae cathedralis Forojuliensis (Civitatensis), in ipsa Pauli patria, ut videtur, exaratus, s. IX. medio, manu una, calamo continuo, atramento subfusco; quaterniones formae octonariae erant 13, e quibus primi folia quinque priora cum septimo ultimique folium primum cum octavo exciderunt; lineae per paginam sunt 27. Bethmann, qui in ecclesia majore Forojuliana, canonico de Orlandis adjuvante, hujus pretiosi libri lectiones accurate enotavit, de ipso haec praeterea monuit: 'Habitus plane ut in legum codicibus saeculi IX; litterae initiales neque ornamentis neque coloribus insignitae, maculis solummodo nunc viridis nunc crocei coloris distinctae, forma Merovingicis simillimae. Capitum numeri atramento exarati in calce praecedentis cujusque capitis, non in margine. Vocum divisio admodum manca. Scribendi compendia paucissima. Alia manus per totum codicem hic illic quaedam minus bene correxit'. Textum hic traditum summae esse auctoritatis, cum Bethmanno non possumus quin statuamus. Neque tamen mendis caret, et in verborum formis exprimendis nonnumquam ab archetypo scriba recessisse videtur. Scripturae specimen vide in tabula I. editionis majoris.*

*(3) *A 2. Vaticanus Nr. 4917, olim Sirleti, membr.* *p. 29.
*4. s. XI, qui praeter Historiam Langobardorum tres continet formulas:* Qualiter patricius sit faciendus. Qualiter iudex constituendus sit. Qualiter Romanus fieri debeat *(v. Giesebrecht K. G. I, p. 884). Inde librum Romae scriptum esse colligendum est. Indices per singula capita sparsi, id quod scribae tribuendum esse videtur*[2]*. Liber cum A 1 affinitate conjunctus neque tamen ex hoc fluxit, nonnumquam etiam*

1) *Omnes, de quibus aliter non monui, Bethmann ipse evolvit.* 2) *Nam singulis libris verba praemittit:* In n. D. inc. capitula de historia Langobardorum *etc.*

*propius ad archetypum accedere videtur. Correcturae s. XIII. illatae non magnae sunt auctoritatis. Librum cum Muratorii editione quam accuratissime comparavit b. m. G. H. Pertz. Cf. Archiv VII, p.* 310.

(4) *A*2. Vaticanus Nr.* 3852, *olim fortasse S. Columbae prope Viennam*[1], *cujus carta in codice ligando praefixa, s. IX.* 4., *una manu exaratus, fragmenta tantum praebet, nulla librorum vel capitum distinctione servata. Lectiones, ut Bethmann recte judicavit, egregias, ipse diligenter descripsit.*

(5) *A* 2ª. *Vaticanus Nr.* 1983, *membr. s. XV. fol., quem ex A* 2 *descriptum esse monuit G. H. Pertz. Eodem volumine Pauli historia Romana et Aretini descriptio belli Gothici continentur.*

(6) *A* 2ᵇ. *Vaticanus Ottobonianus Nr.* 941, *chart. s. XVII, itidem ex A* 2 *descriptus.*

(7) *A*3. Codex monasterii S. Dominici, Palatii in Dalmatia (Spalatro) constituti, olim Forojuliensis (Civitatensis)*[2], *a Bethmanno in villa comitis Strassoldi Jeanniz prope Utinum a.* 1851. *visus, et ab ipso ita descriptus: 'Codex membr. formae quadratae, saec. X. in. a tribus librariis exaratus, optime conservatus, nil nisi Historiam Langobardorum continet. Vocum divisio admodum manca; numeri capitum margini impositi; litterae initiales pictae nullae'. Cum vero ex* 17 *tantum libri I. capitibus lectiones enotare posset, recurrendum erat ad collationem inter schedas Dominici de Rubeis in bibliotheca Marciana Venetiis, XIV,* 153, *asservatam, cujus partem ante multos annos b. m. Bluhme (cf. Arch. V, p.* 619), *partem nuper V. Cl. Heller, integram vero V. Cl. Joh. Veludo, bibliothecae praefectus, diligentissime exscripsit nobisque benevole transmisit. Ex qua patet, codicem proxime ad A* 3 *accedere (cf. e. gr. V,* 23); *nonnumquam cum A* 2 *vel A* 5 *convenit; non raro veram confirmat lectionem.*

1) *De quo volumine haec Bethmann monuit: 'Continentur Bedae chronicon; Item ex libris Pauli Orosii; Item ex libris cujusdam Pauli historici gentis Langobardorum; Volusii Meciani distributio, item vocabula ac notae partium in rebus pecuniariis pondere numero mensura; De variis vocabulis; Ex libro Tertulliani; De gemmis; De signis ponderum; Sancti Vaede (sic) pb. ex libro explanationum secundo in Samuhelem; Item ejusdem de naturis lapidum'. Reliqua ab alia manu sunt, ex Hieronymi operibus desumta.* 2) *V. Valentinelli, Bibl. manuscr. ad S. Marc. VI, p.* 149: *'Codex Civitatensis bibliothecae monasterii S. Dominici apud S. Laurentium Venetiarum hoc saeculo cessit; fato tamen nobis adverso ante monasteriorum abrogationem a.* 1867. *Venetiis habitam, Palatium Dalmatiae ad ejusdem ordinis monasterium translatus est'.*

(8) *A* 3. *Vindobonensis Nr.* 443 (*olim Hist. eccl. Nr.* 81), *libros diverso tempore scriptos continet, quorum unus, Bedae historia ecclesiastica Anglorum s. X, notatus est:* Iste liber pertinet monasterio beatae Mariae Magdalenae in Franckentale; *a.* 1572. '*Laurentius Moller juris utriusque doctor possedebat*'; *postea in bibliothecam castelli Ambras* (*Nr.* 315), *inde Viennam venit. Paulus s. XI. vel XII. manu exaratus est. Lectiones procurante b. m. Pertz diligenter enotavit Pirsner. De quarum indole cf. Arch. VII, p.* 311; *N. Arch. I, p.* 540.

(9) *A* 3*. *Vindobonensis Nr.* 7911 (*Rec.* 1951), *chart. s. XVIII. fol. 'ex collectione P. Hayrenbach', in* 125 *paginis diligenter exaratus, procul dubio ex A* 3 *descriptus. Locos quosdam cum A* 3 *contulit V. Cl. Dr. V. Bayer.*

*(10) *A* 3[a]. *Pesthinensis, antea baronis de Bran-* *p. 30.
*dau, tunc Nicolai de Jancovich, cujus bibliotheca a.* 1832. *in museum Ungaricum transiit*[1], *olim 'sororum s. Clare in Argent.'*[2]. *Liber membr.* 4. *s. XII. pluribus manibus exaratus, cum A* 3 *ita convenit, ut ipsius apographum judicari posset, nisi uno saltem loco* (*IV,* 4) *ea haberet quae in A* 3 *lacunae signo apposito desiderantur* (*cf.* Arch. *VII, p.* 313). *Lectiones enotavit G. H. Pertz.*

*Sive A* 3 *sive* 3[a] *in bibliotheca Conradi Peutingeri fuisse videtur*[3], *cujus editio cum his valde convenit* (*Arch. VII, p.* 314).

(11) *A* 3[b]. *Vindobonensis Nr.* 3177 (*Hist. eccl.* 75), *chart. a.* 1501[4]; *quo praeterea continentur Victor Vitensis, Jordanis Getica, Callimachi Attila. Multa habet cum A* 3 *communia, alibi*[5] *tamen ab eo ita recedit, ut ex alio fonte eum fluxisse sit statuendum; id quod loci a VV. Cl. W. Wattenbachio et V. Bayero enotati docuerunt.*

(12) *A* 3[c]. *Oxoniensis Bodleianus inter Dorvillianos X, I,* 3, 38, *chart. fol. s. XV, qui etiam Jordanis librum cum Pauli historia conjungit. Lectiones a V. Cl. R. Paulio exscriptae hunc libro attribuunt locum.*

(13) *A* *4. *Vaticanus Nr.* 1984, *membr. fol. s. XI. ex. scriptus, ad A* 2. 3 *prope accedit, multa tamen omittit* (*III,* 25. 26. 32. *IV,* 3. 6. 7. 11—13. 20. 23—25. 27. 28. 30—35. 38—44. 46. 48. *V,* 10. 16—29. 36. 37 *partim,* 38—41.

1) *Cf. Petzholdt, Adressbuch p.* 313. 2) *Ita Haenel legit, non* Aegnt., *ut Bethmann scripsit, Arch. VII, p.* 312. *De monasterio S. Clarae Strasburgensi cf. Städtechr. Strassb. II, p.* 878. 3) *In cat. librorum mss. Peutingerorum, Cod. bibl. Rom. Barberinae XXXVIII,* 90, *Bethmanno teste, affertur: 'Historia Langobardorum'.* 4) *Joh. Faber episcopus a.* 1540. *universitati Vindobonensi dono dedit.* 5) *Cf. I,* 8. 9. 17.

*VI,* 3. 10. 16. 18—27. 30. 33. 35. 38. 44. 45. 50–52. 55 his diebus — nomine fuit*). Desinit in verbis* quae ad perticas *(VI,* 55*), ultimo quaternionis folio amisso; quae alia s. XII. manus supplere incepit sed non finivit. Ita Bethmann, qui codicem Romae evolvit.*

(14) *A* 4. *Bononiensis S. Salvatoris Nr.* 276, *membr.* 4. *s. XI, primo quaternione truncatus, incipit in medio carmine I,* 26*:* Pestis iniqua. *Post tertium librum numeri capitibus non jam adscribuntur. Codex ex genuino fonte haustus, plura tamen posterioris temporis vestigia ostendit.*

(15) *A* 5. *Vaticanus Ottobonianus Nr.* 1702, *chart. s. XIV, olim Altaempsianus, ubi Pauli Historia Romana et Langobardorum sunt conjunctae. Haec desinit V,* 40. *in verbis:* regem esse, *ultimis libri foliis vacuis relictis.*

(16) *A* 5ª. *Vindobonensis Archivi imper. Nr.* 771 *(Universal.* 5*), chart. s. XV, cum praecedenti ita convenit, ut ejus apographum videatur. Quae ibi desunt, manus recentior supplevit ex codice quodam classis C vel D. Hunc evolvit V. Cl. W. Wattenbach.*

(17) *A* 5ᵇ. *Vindobonensis Nr.* 104 *(Hist. prof.* 516*), a.* 1464. *Jacobi Parleonis Ariminensis juris doctoris, tum Sambuci, scriptus 'manu mei Georgii Stelle quondam Facini civis Janue', membr. s. XV. Proxime ad A* 5 *accedit, quocum etiam Historiam Romanam addit. Peculiare est, W. Wattenbachio monente, quod indices post librum sextum collecti habentur.*

(18) *A* 6. *Parmensis, De Rossi II, IV,* 126, *membr. s. XII. ex.* 8, *manu continua Beneventi scriptus vel ex Beneventano exceptus. Post Paulum leguntur:* Ab adventu Longobardorum usque ad annum domni Grimoaldi sunt anni CCXLI*; epistolae Karoli et Alcuini fictitiae (ex hoc codice typis datae N. Arch. I, p.* 169*), Constantini et Karoli epistolae. Foliis aliquot deperditis, Pauli opus lacunis laborat (e. gr. I,* 6—15*). Librorum V. et VI. ordinem scriptor mutavit (V,* 11. *VI,* 5. *V,* 30. *V,* 12. 14. 15. 13. *VI,* 4*), quaedam omisit (V,* 33—41*), alia de suo addidit, ex Vita Barbati plerumque sumta (V,* 2. 7*; VI,* 4 *ex Beda), necnon novum capitum indicem libro V. praemisit. Codicis notitiam b. m. Joh. Merkel Bethmanno dedit.*

*p. 31. **Eodem monente* Ystoria Langobardorum, *a b. m. G. H. Pertz descripta ex Annalibus Placentinis Gibellinis cod. Londinensis Harlei. Nr.* 3678 *(v. SS. XVIII, p.* 409*):* Igitur cum circumquaque — subiugata est, *Pauli librum II, nonnullis omissis, praebet ex codice A* 5. 6 *valde simili descriptum.*

(19) *A* 7. *Matritensis regius V, 188, membr. et chart. s. XIV, in Italia vel Helvetia exaratus, qui nil nisi Historiam Langobardorum continet, postea alio assuto ad Concilium Constantiense pertinente. Index primi libri deest. Paucula enotavit b. m. H. Knust; alia V. Cl. Baist.*

*A prima hac codicum classe longius recedunt quos littera B indicavimus, de quorum indole jam supra agendum erat, quippe qui dubitationem injiciant, num ab ipso Paulo fortasse verba ita sint mutata qualia hic legantur. Ceteros antiquitate praecellit*

(20) *B* 1. *Havniensis, collect. reg. antiquae Nr.* 2158, 4, *olim Lindenbrogii, pluribus s. IX. vel X. manibus, quarum specimina in tabula II addidimus, in Italia, ut videtur, exaratus. De pretioso hoc codice, nobis petentibus benevole Berolinum transmisso et quam fidelissime cum aliis comparato, v. N. Arch. I, p.* 540 *sq. Quaternionibus pluribus deperditis, Pauli liber lacunosus est (desunt III,* 12—*IV,* 21. *V,* 17—40. *VI,* 17—58*).*

(21) *B* 2. *Mediolanensis Ambrosianus C* 72, *membr. fol. s. XI, olim ut videtur S. Martini Masciacensis, qui pluribus manibus scriptus varia continet opera*[1], *inter quae Pauli historia Romana et Langobardorum necnon Jordanis liber de rebus Geticis uni debentur amanuensi; specimen scripturae dedit editio Muratoriana. Quamvis in multis cum B* 1 *conveniat, aliud tamen Pauli exemplar secutus est. Ultima tria libri VI. capitula omisit*[2]. *Cf. N. Arch. I, p.* 543, *ubi accuratius de libri hujus indole egimus. Lectionis varietatem, jam in Muratorii editione uberius, nec tamen ubique pari diligentia exscriptam, Bethmann denuo schedis suis intulit.*

(22) *B* 2[a]. *Vaticanus Ottobonianus Nr.* 1378, *olim 'liber ecclesiae beati Marcialis', membr. s. XII. in., tum in fine libri VI, tum in singulis verbis ita cum B* 2 *convenit, ut, Bethmanno judice, ex hoc descriptus sit censendus. Indices omisit.*

(23) *B* 3. *Bernensis Nr.* 83, *f.* 104 *sqq., membr. fol. s. XI, pluribus manibus scriptus, cui recentiore aetate praeligatus est alius codex olim S. Remigii Remensis (cf. Hagen,*

1) *Praecedunt Bedae historia Anglorum, Daretis historia Trojana, Consulum et imperatorum catalogus, Epistolae Hieronymi et Senecae. In fine voluminis exstant Gesta Apollonii manca. Eadem in codice Masciacensi conjuncta erant teste catalogo s. XII. in cod. Vaticano Nr.* **3324:** Historia Anglorum Troianorum Romanorum Langobardorum Gottonum in uno cod. BETHM. 2) *Muratorii annotationem minus accuratam esse (cf. N. Archiv I, p.* 544*), V. Cl. Heller, codice iterum inspecto, probavit.*

*Catal. cod. Bern. p.* 101*). Quam proxime ad B* 1 *accedit, ita tamen ut scriba ultima libri VI. capita ex codice classis D suppleret. Neque indices libris praemittuntur, neque singulis capitibus argumenta adscribuntur (I,* 23. *excepto), quamvis ad medium quartum librum usque spatium iis sit relictum. De verborum indole Bethmann pauca tantum enotanda duxit, quibus V. Cl. A. Stern nuper quae ab eo petieram benevole adjecit.*

(24) *B* 4.[1] *Parisiensis Nr.* 17568 *(Notre Dame* 127*), membr. fol. s. XIII. in. una manu exaratus*[2]*, proxime ad B* 1 *et* 3 *accedit (cum illo in argumentis libri I. — c.* 17. *convenit; N. Arch. l. l.; hujus singularem VI,* 58. *lectionem praebet).*

*Cum codicibus classis A arctius conjuncti sunt quos inscripsimus C et D, quorum major pars jam cis Alpes asservatur, ibique scripta videtur.*

(25) *C* *1. *Cheltenhamensis (bibliothecae a b. m. Thom. Phillipps relictae) Nr.* 1887*, olim S. Vincentii Metensis, tum Coll. Claromontani Nr.* 683*, postea Meermanni*
*p. 32. **Nr.* 796*, membr. s. IX. ex. vel X, solum Paulum continet*[3]*. Initium primi libri (capitum index et pars cap.* 1. — ea loco occupassent) *atque ultimi finis (inde a VI,* 24. revertenti) *interciderunt; sed postea quatuor folia praemissa sunt manu s. XIII. scripta, quae indicem primi libri cum* 12 *primis capitibus continent. Variam lectionem a Bethmanno saepius frustra quaesitam hoc anno V. Cl. Pauli enotavit. Codex quamvis ad archetypum recedere ejusque in verborum formis vestigia servare videatur, multis tamen mendis est maculatus. Quam proxime ad hunc accedit*

(26) *C* 1. *Lipsiensis bibl. civitatis I,* 60*, membr.* 4*, s. IX–X, uno calamo nitide scriptus; litterae ornatae nullae; vocum divisio manca. Primo quaternione deperdito, incipit I,* 24. (suspiria sua continere). *Capita VI,* 52. *et* 53. *in calce libri suppleta sunt. Librarius quisquis fuerit exemplar quod secutus est satis fideliter descripsisse videtur, sed ita ut sermonem Latinum parum curaret, nedum auctoris sensum assequeretur. Qua de re cf. quae Arch. VII, p.* 317. *et N. Arch. I, p.* 544. *allata sunt. Codicem primus Boehmer, postea Bethmann cum editis contulerunt; denique a biblio-*

1) *N. Arch. I, p.* 543. 544. *B* 1 a *inscriptus.* 2) *Eodem continentur Pauli Hist. Romana, Gesta Apollonii, Gregorii Tur. Vitae patrum, Excerpta Paschasii, Hieronymus de virginitate, Alani poenitentialis.* 3) *In cat. librorum coll. Claromontani minus recte ita describitur: 'Pauli D. libri sex cum praefatione inedita. In capite et in fine codicis habetur officium nocturnum epiphaniae cum notis musicis'.* BETHM. 4) *Lacunam III,* 34*, quam C** 1*, non vero C* 1*, habet, proprio Marte explevit.*

*thecae praefecto V. Cl. Naumanno benevole mecum communicatum ad editionem hanc parandam adhibere potui. Scripturae specimen vide in tabula I. editionis majoris.*

(27) *C* 2. *Parisiensis Nr.* 6158, *olim Puteanus, membr. s. XII, nil nisi Paulum continens. Ex C*1 descriptus videtur. Cum editis contulit Schneegans. Cf. Arch. VII, p.* 319 *sqq.*

(28) *C* 3. *Parisiensis Nr.* 5873, *olim Colbertinus, membr. s. XII; cui s. XIV. Jordanis, Gesta Alexandri, Gesta Trevirorum sunt annexa. Quaternio primus et ultima dua folia Pauli evulsa in cod. Parisiensi Nr.* 1750 *reperit Bethmann, necnon hujus libri lectiones a Grotio esse inscriptas editioni Basileensi (in bibl. Lugdunensi Voss. Lat. fol.* 449*) perspexit.*

*C* 2 *et* 3 *necnon D* 1 *cum C* 1 *in eo conveniunt, quod VI,* 52. *et* 53. *in fine libri ponunt. Eadem prorsus omittunt*

(29) *C* 4ᵃ. *Parisiensis Nr.* 6160, *manu coaeva inscriptus:* Hunc librum dedit domnus Samson Remensis archiepiscopus Sanctae Mariae Igniaci, *membr. s. XIII. Paulo passio S. Viti subjuncta est. Indices capitumque numeri nulli. Praeter VI,* 52. 53. *etiam II,* 32. *omittitur.*

(30) *C* 4ᵇ. *Bruxellensis Nr.* 9184, *olim societatis Jesu Brugensis, a.* 1227. *manu nitidissima exaratus; magnam librorum historicorum collectionem praebet, quippe quo Gesta Trevirorum, Historia miscella, Hugonis Floriacensis historia, Gesta Francorum, Genealogia comitum Bulonensium sint conjuncta (cf. Arch. VII, p.* 529; *SS. IX, p.* 341; *Bull. de l'acad. de Brux.* 2. *ser. IV* (1858), *p.* 169*). Libros non distinguit praeterquam quod quarto subjicit:* Expl. liber quintus, incipit liber sextus, *et quinto:* Incipit liber septimus. *Capitum divisionem scriba ex ingenio instituit argumentaque singulis quibusque imposuit a se inventa. Ceterum cum C* 4ᵃ *plane convenit.*

(31) *C* 5. *Audomarensis Nr.* 736, *chart. fol. s. XVI, in quo Historiam Langobardorum nomina gentium antiquarum et catalogus episcoporum Florentinorum ad a. usque* 1411. *antecedunt; Pauli vero operi liber septimus additus est, quo historia ad Karoli M. usque tempora deducitur. Ad simile exemplar ac C* 4ᵃ· ᵇ· *hunc referendum esse librum, eo probatur quod II,* 32. *brevis tantum ex indice facta notitia datur; adsunt tamen VI,* 52. 53.

*Idem de codice manuscripto Abrahami Ortelii, Hamburgensis ecclesiae decani, quo usus est Frid. Lindenbrogius, monitum videmus (ed. Lind.* 1595, *p.* 299*). Cujus fata ignoramus. Cf. Arch. VII, p.* 327.

*(32) *D* 1. *Vaticanus reginae Christinae Nr.* 801, *p. 33.
*membr.* 4. *s. X, in Gallia ut videtur scriptus, vel certe diu*

*adservatus, unde recentiori tantum tempore cum tot pretiosissimis historiae Francicae monumentis Romam devectus est, ubi post Bethmannum hoc anno et ipse eo usus sum. Codex ut primum exaratus erat proxime ad C 1—3 accessit (fortasse ex C*1 descriptus), etiam VI, 52. 53. in fine collocavit, praeterea ubique fere vetustam libri formam, eamque mendis quam plurimis aspersam praebuit. Sed correctores plures s. X. et XI*[1]. *priscae orthographiae et linguae vulgaris vestigia tollere, lacunas explere, quae intellectu difficilia videbantur explanare conati sunt, praeterea in margine saepius glossas adjecerunt. In quo negotio nonnumquam alio codice adjuti fuerint oportet; non pauca vero de ingenio mutaverunt, addiderunt. Quae in alios multos transierunt codices, quos ideo sub signo D conjungendos duxi. Plerosque tamen, cum ad genuinam Pauli lectionem restituendam parum aut nihil eos conducere facile esset intellectu, singulis tantum locis inspiciendos esse recte judicavit Bethmann. Quo factum est, ut etiam de eorum cognatione jam non ubique certo certius judicari possit.*

*Proxime ad D 1 accedere videtur*

(33) *D* $1^{a}$.[2] *Rothomagensis Nr.* 28. 27, *olim Gemmeticensis G* 21, *membr. fol. s. XI, qui solum Pauli librum continet, tribus manibus conscriptum; postea demum aliis assutis. Desinit VI,* 3. (tenuisse) *in media pagina. D* 1 *tam fideliter expressit, ut aperto errore etiam glossam in textum (III,* 9*) receperit; cf. N. Arch. I, p.* 546.

(34) *D* $1^{b}$. *Bruxellensis Nr.* 18395[3], *olim Trunciniensis, postea bibliothecae Lammens Gandavensis illatus (cf. Arch. VII, p.* 341*), membr. s. XII,* 8. *Historiae Langobardorum addita sunt liber Victoris Vitensis et Arianorum confessio cum refutatione Augustini. Indices per singula capita sparsi. Bethmann praecipuas lectiones, alias Dr. Heller enotavit. Inter quas una est (IV,* 22*), quae codicem ut hic ponamus suadet; quamvis alio loco (I,* 25*) cum D* 3 *conveniat.*

(35) *D* 2. *Parisiensis Nr.* 5872, *olim Nicolai Favre, membr. s. XI, solum Paulum continet. Quem jam ante plus quam* 50 *annos Spörlin in usus novae editionis totum cum editis contulit. Inter D* 1 *et* 3 *medium fere locum tenet (III,* 18. *lacunam habet cum reliquis hujus classis codicibus communem; IV,* 21. *verbis in hoc omissis alia illi substituerunt).*

1) *N. Arch. I, p.* 545, *Bethmannum secutus, de uno tantum correctore dixi, sed plures discernendos esse, post codice inspecto intellexi, qui tam litterarum forma quam atramento modo nigro modo fusco inter se differunt.* 2) *N. Archiv I, p.* 546. *sub signo D* 7 *indicatus.* 3) *Non* 18477, *ut Arch. VIII, p.* 546. *scriptum est.*

(36) *D* *3. *Londiniensis, Kings*[1] *13, A. XXII, olim Bertinianus, membr. s. XI, continet Historiam Langobardorum et Excerptum ex Josepho de Moyse, cui alia manus postmodum versus subjecit:* Dic suavis cythara, dic citharista Bertini populum coenobiumque. *Codicis notitiam debemus V. Cl. R. Paulio*[2].

(37) *D* *3[a]. *Lugduno-Batavus Lat. Nr.* 71, *membr. fol. s. XI. ex., qui idem Excerptum ex Josepho cum Paulo conjunxit, iisque concilium Remense Calixti II. papae addidit. Quem ex D *3 descriptum recte judicavit Bethmann.*

(38) *D* 3. *Vindobonensis Nr.* 182 *(Hohendorf* 16*), membr. fol. s. XII. in., quem in Italia scriptum Bethmann opinatus est. Eodem volumine Leonis III. papae epistola ad Leonem Armenum continetur. Lectionis varietatem enotavit Pirsner. — Nonnullis locis D* 2 *et* 3, *aliis D* 3 *et* 4 *propiorem cognationis gradum indicare videntur.*

*(39) *D* 4. *Oxoniensis Bodl. Nr.* 1302, *Guil. Laud* · p. 34.
247, *olim H* 39, *membr. fol. s. XII, una manu exaratus, quae praeter Pauli historiam etiam Victorem Vitensem, Einhardi Vitam Karoli, Physiologum, Gesta Alexandri, Historiam Apollonii scripsit. Praecipuas lectiones V. Cl. Pauli enotavit.*

(40) *D* 4[a]. *Oxoniensis Balliol. Nr.* 295. *Arch. C,* 3, 10, *olim C,* 21, *s. XIII: continet praeter Paulum Eusebii historiam ecclesiasticam, Victorem Vitensem, Catalogum pontificum et imperatorum*[3]. *Evolvit eum V. Cl. Pauli.*

(41) *D* 5. *Vaticanus Ottobonianus Nr.* 909, *olim Christinae* 350, *membr. fol. s. XII, in Gallia manu continua exaratus. Pauli historiam antecedunt Alexandri epistola, Einhardi Vita Karoli.*

(42) *D* 6. *Londiniensis, Kings* 15, *C. VI, anno* 1130. *exaratus. Eodem volumine continentur Pauli historia Romana, Gesta Alexandri cum ejusdem epistola ad Aristotelem*[4]. *Notulas quasdam V. Cl. Paulio debemus.*

(43) *D* 7. *Londiniensis, Kings* 12, *C. IV, membr. s. XIII: Hyginus Paulum antecedit, sequuntur Gesta Alexandri cum epistola ad Aristotelem. Etiam hunc V. Cl. Pauli inspexit.*

1) *Unus eorum est quos in aedibus Jacobaeis (regis Jacobi) recenset Smith, Cat. codd. Angl. p.* 244, *sub Nr.* 629: Historia Langobardorum bis. 2) *In hoc aliisque hujus classis codicibus VI,* 14. *in rubra et textu nominis* Ceadpalla *formam ex male intellecta littera Anglosaxonica w* (ƿ) *ortam esse, hic monuit.* 3) *Ille desinit*: Celestinus III. (ann. 7, *alia manu*). Innocencius (ann. 18. Honorius); *hic*: Henricus reg., Lotharius reg. ann. Conradus regn. ann. 4) *Smith p.* 247. *in aedibus Jacobaeis affert Nr.* 880, *quo historia Romana et Langobardorum continebantur.*

(44) *D* 8. *Parisiensis Nr.* 4877, *olim Colbertinus, membr. s. XIII. Post Paulum exhibet Einhardi Vitam Karoli et Gesta Alexandri, omnia una manu exarata.*

(45) *D* 9. *Parisiensis Nr.* 14693 (*S. Victoris* 289), *membr. fol. s. XIV. in. Historiam Langobardorum antecedunt Haitoni historia orientis, Exordium hospitalis Hierosolimitani, Pauli historia Romana.*

(46) *D* 10. *Haagensis Nr.* 906, *olim Fontanellensis, membr. s. XII. ex.,* 8, *ubi post breves Annales Fontanellenses legitur:* Incipit pars de gestis Langobardorum, *i. e. VI,* 53. *III,* 1—35. *VI,* 5. 6. *I,* 15. 16. 27. *II,* 28—30.

(47) *D* 11. *Alencionensis, olim Uticensis S. Ebrulfi, membr. s. XII, hoc quoque loco ponendus est, quantum ex singulis locis a. V. Cl. Daulne bibliothecae praefecto inspectis, de quibus Bethmanno retulit, judicare licet. Eodem volumine etiamnum continentur Vitae Sanctorum, Ademari chronostichon ad Rohonem, Gesta pontificum, Vita Majoli; olim vero Montfauconio teste praeterea Epitaphium Mabiliae, Ordericus Vitalis.*

*Ab his longius recedunt codices classis E.*

(48) *E* 1. *Florentinus Laurentianus LXV,* 34, *fol. s. X. XI, liber magnae molis, quo praecipua historiae monumenta erant conjuncta: Prosperi chronicon, Pauli historia Romana, Orosii liber, Jordanis de temporum successione et de rebus Geticis, Josephus et Hegesippus, hi duo nunc sejuncti, Gesta Francorum, Einhardi Vita Karoli, Historia Apollonii. Pauli verba liberius reddita, quaedam vel negligentia vel consilio omissa; quorum partem (praesertim carmen in laudem S. Benedicti compositum I,* 26) *scriba postea supplevit. Cf. N. Arch. I, p.* 546.

(49) *E* 2. *Vindobonensis Nr.* 3126 (*Hist. prof.* 477), *olim 'Liber M. patriarche Aquilejensis'* [1], *chart. s. XV, manu Itala scriptus, qui praeter Josephum et Hegesippum eadem continet scripta. Eum evolvit V. Cl. Wattenbach.*

(50) *E* 3. *Romanus bibliothecae Angelicae V, III,* 19, *chart. s. XV. ex. vel XVI, nil nisi Historiam Langobardorum praebet eoque ab E* 1 *differt, quod singulis capitibus argumenta praemittit. Fluxit tamen, Bethmanno judice, qui eum apud S. Augustinum examinavit, ex E*1 *vel E*2.

(51) *E* 4. *Londiniensis Harlei. Nr.* 5383, *membr.* 4.
*p. 35. *s. XIII. vel XIV, Florentiae,* **ut videtur, scriptus* [2]. *Indices omnes et complura capita (I,* 26. *II,* 13. *III,* 2. 14. *IV,* 9. 19. 33. *VI,* 7. 8. 14) *plane omittuntur, alia multo contrahuntur,*

1) *Cod. Scurial. II. R.* 18. BETHM. 2) *In marg. fol.* 7. *legitur:* A. D. MCCCXLVIII. simillima pestis Florentie et quasi per universum orbem.

*ea praesertim quae ad historiam ecclesiasticam spectant. V. Cl. Pauli hanc ejus notitiam dedit.*

*Cum E affinitate quadam sunt conjuncti codices F. G, omnium qui exstant fere antiquissimi, sed a genuino textu ita recedentes, ut hoc demum loco eos recensere liceat. Non solum Pauli carmina I,* 26, *sed etiam aliud II,* 13. *omittunt, praeterea non paucos locos minores, praesertim eos qui in codicibus C* et *D corruptela quadam laborant; cf. N. Arch. I, p.* 551. *Sed et ita mendis scatent, quae partim incuria vel ignorantia scriptorum nata sunt, partim vero ex vetustiore exemplari recepta esse debent, quippe quae et alibi, atque etiam in ipso codice rescripto Asisiensi reperiantur. Cf. N. Archiv I, p.* 547 *sqq.*

*Inter hos eminet*

(52) *F* 1. *Sangallensis Nr.* 635, *s. VIII. IX, membr. fol., omnium qui integri exstant antiquissimus ideoque magni faciendus. Scriptus diversis manibus, quarum specimina in tab. III. edit. maj. dedimus, proculdubio in Italia septentrionali, fortasse Mediolani, de cujus duce II,* 32. *alia manu additamentum factum est; in monasterium Sangallense post medium saeculum IX. translatus* [1]. *Indices libri I, II. et VI. omissi, post IV,* 4. *hujus libri argumenta repetita, quae libro V. praemittenda erant in calce voluminis posita sunt. Verborum scribendi ratio ea qualis in monumentis saeculi VIII, praesertim Italicis, deprehenditur; contra grammaticae leges saepius peccatum est, quam ipsi Paulo id contigisse statuere licet; non raro etiam singula vocabula vel longiores verborum series omissa. Quibus mendis postea alii mederi conati sunt, partim aliis codicibus, praesertim illo quem G* 1 *nominavimus, adjuti, partim vero satis temerarie, et id tantum studentes, ut verbis rudibus sensum qualemcumque inferrent. Codicem jam a Bethmanno adhibitum, a V. Cl. Zardetti, bibliothecae Sangallensis praefecto, benevole Berolinum transmissum, summa diligentia iterum iterumque excussi. Cf. N. Arch. I, p.* 547—552.

(53) *F**1. *Gothana fragmenta, membr. II, Nr.* 191, *duo folia a tegumento libri cujusdam soluta, media quaternionis, quibus exigua pars Pauli (II,* 22 *inc. —* 28 *med.) continetur, s. IX. scripta. Quaecumque F* 1 *peculiaria habet hic quoque reperiuntur, novis mendis nonnullis aucta. Ne-*

1) *In catalogo librorum Sangallensium hoc tempore confecto nondum indicatur; cf. N. Arch. I, p.* 549. *In alio vero codicis olim Lasbergiani, nunc in bibliotheca Donaueschingensi asservati (v. Barack, Catal. Nr.* 191, *p.* 177*), quem in monasterio Sangallensi confectum putant,* Historia Langobardorum *indicatur, Serapeum* 1840, *p.* 84. *Eundem Bethmann, Arch. X, p.* 318, *Constantiensem dixit.*

*que tamen ex illo descripta esse possunt, ita ut etiam hic codex trans Alpes advectus esse sit censendus. Scripturae specimen vide in tabula I. edit. maj.*

*Alios vero hujus classis quotquot exstant codices ex F* 1 *repetendos esse, correctorum notae ostendunt ex ipso receptae et longius propagatae. Ex quibus duo in monasterio Sancti Galli scripti sunt:*

(54) *F* 1[a]. *Sangallensis Nr.* 620, *membr. fol., s. XII. ex., ubi inter alia opera Pauli historia f.* 253—272. *legitur (cf. Scherreri catalog. p.* 201*). Indices in unum collecti libro primo praemittuntur, I. II. ex ingenio facti, III. IV. V. ex F* 1 *abbreviati. Ex hoc magna cum licentia exceptus, alia manu postea ad eundem est correctus. Eadem epitomen historiae Andreae Bergomatis margini intulit; cf. Arch. X, p.* 369. *Ultimis quaternionibus intercisis, desunt omnia quae post V,* 2. (servus tuus) *sequebantur.*

(55) *F* 1[a*]. *Sangallensis Nr.* 547, *membr. fol. s. XII, fol.* 517—554. *(cf. Scherrer p.* 167 *sqq.). Descriptus ex F* 1[a], *priusquam hic fine destitutus erat, Bethmanno teste.*

*p. 36. **Jam antea vero in Italia codicis F* 1 *exemplum factum sit oportet, quod quamquam presso pede illud sequebatur ejusque emendationes plerasque recepit, nonnullis tamen locis verba mutavit (praesertim II,* 18 *fin., v. N. Arch. I, p.* 551*). Ex hoc alii manarunt fonte, omnes in Italia confecti:*

(56) *F**2. *Vaticanus reginae Christinae Nr.* 710, *membr. fol. s. XI, duabus manibus (f.* 1—32. 33—78*) exaratus, s. XIV. Brixiae, ut videtur, asservatus, de qua urbe tunc breves margini adscriptae sunt notitiae*[1]. *Scriba quod habebat exemplar male legisse videtur, ideoque mox litteras sensu vacuas pinxit, mox liberius Pauli verba reddidit (e. gr. II,* 19*). Codicem carie adesum post Bethmannum et ipse Romae praesens aliquot locis inspexi*[2].

(57) *F* 2. *Modoetiensis Nr.* 135, *membr. s. XI. XII*[3], *una manu exaratus, eo insignis quod IV,* 21. *et V,* 6. *amplas inserit interpolationes ad ecclesiam Modoetiensem spectantes*[4]. *Alia coaeva manus aliquoties lacunas explevit aliaque correxit. Lectionis varietatem editio Muratoriana dedit, postea Bethmann enotavit; locos quosdam Frisi (Memorie II, p.* 202 *sqq.) imprimi fecit.*

1) *III,* 31: et nota, quod ab ipso Gripphо desenderunt Gripphi de Brexia; *IV,* 2: Similiter magna multitudo locustarum que venerunt de Tridento Brexiam in MCCCXLIII. 2) *Quae N. Arch. I, p.* 551. *de F* 2. 3. 4 *notavi etiam in F** 2. *cadere vidi.* 3) *Bethmann in s. XII. ex. posuit, quod cum specimine in editione Muratoriana data pugnare videtur.* 4) *Praeterea inter II,* 24. *et* 25. *eadem manu notula de cometis sub Ottone I. et II. visis inserta est.*

(58) $F\,2^{a}$. *Parisiensis Nr.* 6159, *membr.* 8. *s. XI, cum F 2 ita etiam in locis interpolatis convenit, ut ex ipso exceptus censendus esset, nisi quae de scripturae aetate referantur obstarent. Quae si recte habent, etiam hic ex Modoetia repetendus aut vetustior hujus urbis codex jam deperditus statuendus est. Bethmann eundem putavit qui in catalogo bibliothecae Vicecomitum Papiensi a.* 1426. *Nr. XXIII.* Historia Lombarda parvi voluminis *affertur (Bibl. publica Papiensis Tit. XXXV,* 3*); id quod Delisle (Hist. du cabinet des manuscrits p.* 126*) postea confirmavit*[1]. *II,* 15—24. *omissa scriba in calce libri supplevit, ubi ultimum tamen folium intercidit.*

(59) $F\,2^{a*}$. *Parisiensis Nr.* 6815, *s. XIV. in membrana Itala ex* $F\,2^{a}$ *descriptus. Hoc continentur volumine: Solinus, Pauli historia Romana, Historia Langobardorum, Isidori historia Gothorum, Martinus Polonus, Thomae chronicon, Gaufridi historia Angliae (cf. SS. XXII, p.* 489*). Eadem opera cum in codice bibliothecae Vicecomitum Papiensi sign. DCXXXVII afferantur (l. l.), hanc vero a.* 1499. *vel* 1500. *Parisios asportatam esse constet (Delisle l. l. p.* 125*), quin idem sit dubitari nequit*[2].

(60) *F* 3. *Vaticanus Nr.* 3339, *membr. fol. Post Orosium et Pauli historiam Romanam s. XI. scripta sequitur liber manu Itala s. XII. ex. exaratus, quo Dares,* 'Liber ystorie de origine ac gestis Longobardorum' *et Einhardi Vita Karoli continentur. Qui historiam illam ex Paulo excerpsit*[3] *(I,* 1—12. 14—16. 22. *et* 27 *in.* 25. 26 *in. II,* 1. 5—10. 12. 14—25. 27. 28 *in.* 32. *VI,* 35 *part.* 22 *part.* 16 *part.* 23. 37. 28. 38. 42. 53. 45. 54 *in.* 48. 54 *part.* 55. 56. 57. 58 *part.*), *hujus classis codice usus est.*

(61) $F\,3^{a}$. *Romanus Casanatensis A II,* 34, *membr. fol. s. XIV, post Martinum Polonum et aliam chronicam etiam Daretem, Excerpta historiae Langobardorum, Einhardi Vitam Karoli, necnon Cosmographiam habet. Quae magnam partem ex F* 3 *sumta esse videntur.*

(62) $F\,3^{b}$. *Vaticanus Nr.* 8086, *chart.* 4, *a.* 1488. *Perusiae exaratus, ubi inter alia multa aliunde collecta historia illa Langobardorum et catalogus imperatorum in F* 3 *in calce historiae Romanae additus sunt descripta.*

*(63) *F* 4. *Vaticanus Palatinus Nr.* 927, *membr.* * p. 37.
*a.* 1181. *in monasterio S. Trinitatis Montis Oliveti prope Veronam una manu continua exaratus. Pauli historiam*

1) *Catalogus ille ad ejus notitiam non venit.* 2) *In tegumento legitur:* Ex libris hystorialibus pul^to 6. 3) *Id quod in fine aperte dicitur:* Explicit tractatus de libro ystorie Langobardorum summatim extractus.

*antecedunt: 'Excerptum ex Orosio, Historiarum Pompeji Trogi epitome, De sex aetatibus, Excerpta ex chronica Eusebii, ex Eutropio, Orosio, ex Cassiodori historia tripartita, De primo adventu Gothorum ad Italiam et Roma capta, De forma regis Attilae ex libro Jordanis, De adventu Oduachar'. Quorum partem cum in codice tum Cheltenhamensi (infra G *3) jam conjunctam videret Bethmann, non scribam Veronensem, sed auctorem s. IX. vel X. hanc continuam fere rerum praesertim in Italia gestarum narrationem composuisse, statuit. Integrum Pauli opus vero cum ibi non invenerit, aliunde ille sumsit, exemplar ut videtur non unum secutus, quippe qui modo ad codices F, modo ad G accedat (excerptis fortasse codicis G *3 usus). Indices libris praemissi, sed etiam singulis capitibus nonnumquam argumenta adscripta. Addita est praeterea continuatio usque ad a.* 8-5. *deducta, de cujus auctore non constat. Scriba Veronensis vero urbis suae Annales usque ad a.* 1181. *subjecit, quos alii ad a.* 1223. *usque continuarunt (cf. SS. XVIII, p.* 1*), et alia quaedam de cyclo paschali, de sepulchro Domini, de victoria Saladini. Singulis libri partibus praeterea picturae sunt adjectae, satis eleganter delineatae. Codice, dum in bibliotheca Heidelbergensi adservabatur, Freher*[1] *et Gruter usi sunt.*

(64) *F* 4[a]. *Mediolanensis bibliothecae Brerae A. N. XIV,* 29, *chart. s. XVI. in., eandem quam F* 4 *continuationem praebet.*

(65) *F* 5. *Caesenas Malatestianus, plut. XII,* 5, *'scriptus per me Jacobum Pergulitanum pro magnifico et potenti domino domino Malatesta Novella de Malatestis et est completus d.* 3. *Jan.* 1454'. *Indices lib. I. et II. desunt, ut in F* 1, *quocum plerumque convenit; aliam vero capitum divisionem instituit, non pauca arbitrarie mutavit et Pauli sermonem quam maxime deformavit. Quae a Bethmanno enotata repetere inutile visum est.*

*Plures vero exstant libri tam aetate quam indole conspicui, qui ad F* 1 *prope accedunt, eo vero maxime differunt, quod indices librorum I. et II. ex ingenio, libri VI. ex alio Pauli codice sunt suppleti, praeterea loci nonnulli mutati et plerumque depravati. Primaevum hujus classis exemplar jam deperditum est; inde derivati vero in bibliothecis Germanicis exstant plures codices, in Italia unus tantum, posteriori tempore advectus.*

(66) *G* 1. *Giessensis Nr.* 688, *olim 'Liber Sancti*

1) *Idem fortasse est, quem Moller, Diss. de Paulo D., Altorf.* 1646, *p.* 21, *Freherianum allegat.*

Martini in Winigartin', postea Senkenbergianus, s. IX. 4, nitide in alba pergamena exaratus, nil nisi Historiam Langobardorum continens. Plura exciderunt folia (quaternionis primi 1. 3. 4. 5. 6, septimi 5, undecimi 1, duodecimi 7, decimi tertii 1, decimi septimi 8). Lectionis varietatem in Catal. bibl. Giessensis Otto p. 288—312. evulgavit, jam antea Bethmann enotavit, post quem et ipse librum pretiosae antiquitatis a bibliothecae praefecto V. Cl. Noack humanissime Berolinum transmissum accuratius perlustravi. Quae secunda manus correxit partim ex F 1 sumta sunt. Cf. N. Arch. I, p. 555. Scripturae specimen vide in tab. IV. ed. maj.

(67) G *2. Casselensis bibliothecae folia 6 quadrata in tegumentis librorum a Jacobo Grimmio detecta. Codex s. IX. manu Anglosaxonica exaratus, olim in monasterio Fuldensi, postea S. Martini Maguntino fuisse videtur (cf. Arch. VII, p. 283; N. Arch. I, p. 554 n., et de libris Fulda in monasterium S. Martini translatis Giesebrecht, Z. f. Gesch. VII, p. 564).

Ex hoc fortasse fluxit

(68) G 2. Heidelbergensis Palatinus Nr. 912, membr. s. IX. 4, pluribus manibus, quarum specimina in tab, IV. ed. maj. dedimus, scriptus, qui solum Paulum continet. Exemplar *litteris Anglosaxonicis exaratum fundamento positum esse, *p. 38. cum singula vocabula, tum nomina Langobardica formam induta Saxonicam (Thiadbert, Thiadric, Ottwini etc.), probant; cf. N. Arch. I, p. 554. Multa sunt cum G 1 communia, alia vero ab hoc recedunt, praesertim primis libris, quorum scriba sermonis asperitatem auferre eumque ad grammaticae regulas sibi notas reducere conatus est. Quo alter diasceuastes non contentus, totum librum emendandum sumsit. Quibus sepositis, ubique ad priorem lectionem recurri, cum codicem a V. Cl. Zangemeistero, bibliothecae praefecto, benevole Berolinum transmissum diutius inter manus versarem. Ex hoc vel prorsus simili codice etiam F 1 emendationes quasdam illatas esse, tum perspexi; cf. N. Arch. l. l. p. 552.

(69) G 2[a]. Stuttgardiensis Hist. 26, inter alia multa ante trecentos fere annos in unum volumen colligata novem continet quaterniones formae octonariae, quibus plures manus s. XII. inscripserunt Historiam Langobardorum, vitam Fursei, alia. Illam ex G 2 descriptam esse, Bethmann sibi persuasum habuit.

(70) G *3. Cheltenhamensis Nr. 1885, olim Metensis, post collegii Claromontani, membr. s. IX, ubi catalogo imperatorum ex Beda descripto addita sunt excerpta ex Paulo ad res Romanas et ecclesiasticas pertinentia (I, 25.

26 *in. II,* 1—4 *med.* 5—7. *III,* 12. 13. 15. 17. 23. 24. 26. 29. *IV,* 5. 6. 8. 17. 26. 33. 36. *V,* 6—13. *VI,* 4. 5. 11—14. 31. 32. 34. 36. 40. 37. 42. 46—49. 53. 54 *init.). G. H. Pertz haec cum Muratorii editione contulit.*

(71) *G* 3. *Vindobonensis Nr.* 237 *(Hist. prof.* 680*), membr. s. X.* 4, *una manu exaratus, quae nil nisi Pauli librum scripsit. Complura folia exciderunt (V,* 38—*VI,* 6; *VI,* 34*), alia initio et fine jam s. XII. adeo humiditate erant corrupta, ut qui tunc hujus libri exemplum faciebat ea vix legere posset. Verborum formas satis rudes plerasque ex vetustiore libro receptas esse, comparato codice G* 4 *huic affinitate conjuncto docemur; alia tamen et ipse amanuensis peccasse videtur. In quibus emendandis postea corrector desudavit. Codicem sub auspiciis Pertzii Pirsner cum editis contulit, Bethmann hac opera usus fuse descripsit, Arch. VII, p.* 275 *sqq., sententiam vero de ipso tunc prolatam postea prorsus rejecit eumque hoc loco esse ponendum intellexit. Scripturae specimen vide in tab. IV. ed. maj.*

(72) *G* 3ª. *Vindobonensis Nr.* 406 *(Jur. civ.* 64*), olim Gotwicensis, membr. s. XII. fol., in quo Historiam Langobardorum Lex Bajuvariorum antecedit (LL. III, p.* 188*). Desinit VI,* 44, *scriba adnotante:* deest multum. *Praeter G* 3 *nonnumquam codex classis C vel D adhibitus esse videtur. Hujus quoque lectiones enotavit Pirsner.*

(73) *G* 4. *Ultrajectinus Nr.* 287, *olim Campensis, membr. fol. min. s. X. vel XI. in., paginis bipartitis nitidissime exaratus. Amanuensis quae corrupta judicabat vel minus intelligebat in margine annotavit (signo r+ =* require*), nonnumquam spatium vacuum reliquit, ceterum exemplar, quo usus est, G* 3 *simile, satis fideliter expressisse videtur; II,* 18—20. *desunt, lacuna non indicata. Lectionis varietas Leibnitii manu scripta inter schedas ipsius in bibliotheca regia Hannoverana exstat, alteram a Schmückingio in margine editionis Elzevirianae enotatam bibliotheca Gottingensis servat (cf. Arch. VII, p.* 284*). His non contentus Bethmann denuo codicem, tunc magni factum (Arch. VIII, p.* 31*), accuratissime exscribendum curavit.*

*Quinque qui sequuntur hujus classis codices ita inter se conveniunt, ut, cum alter ad alterum referri nequeat, ex communi fonte eos haustos esse statuendum sit. Id commune habent, quod ceteris liberius Pauli verba reddunt, ad grammaticae regulas ea castigant, nonnumquam, ut sermonem perspicaciorem elegantioremve reddant, quaedam mutant vel addunt. Quod jam medio saeculo IX. factum sit oportet, cum exempla duo ad hanc usque aetatem ascendant, in Lotharingia, ut videtur, quo illa pertinent et ubi Regino ejus-*

*modi libro usus est. Codex fundamento positus G 2 similis fuit; formae nominum Saxonicae hic quoque, immo constantius quam illic ponuntur; cf. Arch. VII, p. 293; N. Arch. I, p. 557.*

*(74) *G* 5. *Haagensis Nr.* 907, *membr. s. IX. ex.,** p. 39. *una manu satis negligenter exaratus. Desunt II,* 23 — *III,* 30. 34 — *V,* 4. *VI,* 3. *usque ad finem. I,* 25. (patricium) — *II,* 5. (exagitatus in) *ordine turbato post II,* 23. *collocantur; V,* 40 — *VI,* 3. *post V,* 4—40.

(75) *G* 5ᵃ. *Vaticanus reginae Christinae Nr.* 578 *(olim Nr.* 1220*), s. XII. 'liber Sancti Pauli in Trajecto inferiori', una manu nitide exaratus, nil nisi Historiam Langobardorum continens.*

(76) *G* 5ᵃ*. *Gothanus Nr.* 139, *'liber Waldemari regis Danorum', membr. s. XII. ex.* 8. *(cf. Jacobs, Beiträge I, p.* 253*), adeo cum praecedenti convenit, Bethmanno teste, ut alter ex altero fluxisse censendus sit.*

(77) *G* 5ᵇ. *Vaticanus Nr.* 1981, *olim S. Viventii (in dioecesi Augustodunensi), postea S. Joffridi (?). Codici catalogum librorum S. Viventii et Pauli historiam Romanam continenti postea quatuor s. XI. quaterniones annexi sunt, qui Historiam praebent Langobardorum — IV,* 37. (rapinis diripiunt), *reliqua libri parte deperdita. Index primo tantum libro praemittitur; desunt III,* 23—26. *IV,* 2. 9. 17. 19.

(78) *G* 5ᶜ. *Treverensis Nr.* 1142, *olim S. Mathiae, membr. s. X. Codici, qui solam Historiam Langobardorum continet, postmodum Vita S. Annonis assuta est. Varietas lectionis a b. m. Wyttenbachio satis diligenter descripta est.*

(79) *G* 6. *Cheltenhamensis Nr.* 1886, *olim S. Remigii Remensis, s. XVII. 'ex bibliotheca Antonii Augervei (?)', postea Collegii Claromontani Parisiensis Nr.* 681, *indeque in bibliothecam Meermanni (Nr.* 795*), denique Thomae Phillippsii illatus, membr. s. X. nitide exaratus. Quem huic classi adscribendum esse, singulae probant lectiones a b. m. Pertzio enotatae.*

(80) *G* 7. *Romanus Chigianus G. VI,* 156, *chart. s. XV, quem Bethmann aliquot locis inspexit et huc pertinere judicavit.*

*Quascumque Historiae Langobardorum recensuimus codicum classes ad saeculum saltem decimum ascendunt; tunc, et fortasse saeculo jam antecedenti, tam diversas induit formas liber hic saepissime descriptus et lectitatus. Sunt vero libri, posterioris praesertim temporis, nulli earum certo certius ascribendi, quippe qui aut ex pluribus confecti videantur exemplaribus aut etiam magis temerarie Pauli historia*

*usi, ut eam potius deformasse quam reddidisse sint dicendi. Horum quoque complura genera discernamus oportet.*

*Unum (H) ad Galliam pertinens.*

(81) *H* 1. *Vaticanus reginae Christinae Nr.* 905, *olim S. Mariae Pontiniacensis, membr. s. XIII. in. fol. Eodem volumine continentur: Dares, Historia Apollonii, Ademari historia Francorum, Hugonis Floriacensis historia ecclesiastica, nomina regionum, civitates Galliae. Inde a libro III. praesertim codicem classis C sequitur.*

(82) *H* 1[a]. *Romanus Corsinianus Nr.* 863, *chart. s. XIV. Ademarum et Paulum ex H* 1 *descriptos esse, judicavit Bethmann.*

(83) *H* 2. *Vaticanus Nr.* 1795, *membr. fol. s. XIII;*
*p. 40 *s. XIV. Forolivii asservatus*[1], * *antea, ut videtur, Trecis in Gallia*[2]. *Etiam hic Dares et Ademarus Paulum antecedunt, sequuntur historia Alexandri, Tractatus de Sibillis* (Sibille generaliter omnes *sqq.*), *Roberti historia Hierosolymitana.*

(84) *H* 3. *Romanus Casanatensis*[3] *A, I,* 21, *membr. s. XIII. fol. Post Daretem, Historiam Apollonii, Historiam Langobardorum leguntur epitaphia Ludovici regis et aliorum, Passio Thomae Cantuariensis, Translatio S. Stephani, Vita S. Leonardi.*

1) *Ultimo folio haec leguntur:* In MIII$^{c}$XLVII. et XLVIII. et in parte sequentis anni magna epidimia fuit in Firlivio, item in MIII$^{c}$LXI, item in MIII$^{c}$LXV, te m in LXXIIII, item in LXXXIII. In MIII$^{c}$LXXV. civitas Cesene derobata fuit a Bretonibus capientibus homines et mulieres et vituperantes eos, quod facere non potuissent, nisi intervenisset auxilium domni Iohannis Aguti cum suis gentibus de Inghilterra, qui erat Faventie MIII$^{c}$LXXXXIIII. die VII. Augusti, dum esset guerra inter Cechūm et Pirum de Ordelaffis ex una parte et Karolum domni Gallaotti de Malatestis et fratres ex altera. Hinc inde multis dampnis datis, venit ipse Karolus cum magna gente in villa Bosecli districtus Forlivii. Tunc Forlivienses exeuntes extra et non valentes resistere dictis gentibus, capti fuerunt de Forlivio plures 4$^{us}$ (4 milibus?) homines, et redimerunt se magnis q'tℓ, et aliquanti fuerunt mortui. *In ima pagina praecedente Blondus Forliviensis, cujus manus per totum codicem notulas marginibus aspersit, haec addidit:* Referre solita fuit Francisca genitrix mei Blondi, quo die tumultus hic Forolivii fuit, eam, que apud genitricem et fratres pransum erat, cum vidisset cives ad arma discurrere, memorem subito factam, arma genitoris mei in cubiculo clausa esse, cuius ipsa claves teneret, me raptim gremio exceptum, qui menses octo natus essem, asportasse, nullo expectato itineris comite, et ad arma patri meo danda viam omnem decurrisse. BETHM. 2) *Ut conjicio ex iis quae ad II,* 4: fugientes cladem vita relinquebantur, *margini imposita leguntur:* al. 'vitae' per diptongum, et sic est in monasterio Pontigniacensi Autissiodorensis diocesis, al. 'vitam', ut in monasterio de Rigniaco dicte diocesis ita est. Johannes de Castronovo canonicus Trecensis. BETHM. 3) *Olim fortasse Rigniacensis, ut nota innuere videtur marginalis ad praecedentem codicem allata.* BETHM.

(85) *H* 4. *Oxoniensis collegii Corp. Christi*[1] *Nr.* 82, *membr. s. XIII. fol. max., in Gallia, ut videtur, exaratus. Insunt Curtii historia Alexandri, Gesta ejusdem, Caesar de bello Gallico, Ademarus, Historia Apollonii, Paulus. Codicem evolvit V. Cl. R. Pauli.*

(86) *H* 5. *Bernensis Nr.* 208, *olim, ut videtur, S. Eugendi Jurensis*[2], *postea Danielis et Bongarsii, membr. s. XIV. in. fol., eadem quae H* 1 *continet opera, quibuscum Bongarsius plura alia compaginari fecit (cf. Hagen, Cat. Bern. p.* 256*). Variae hujus lectiones enotatae sunt in cod. Paris. Suppl. Lat. Nr.* 40.

(87) *H* 5[a]. *Parisiensis Nr.* 17780 *(Bouhier Nr.* 93*), chart. s. XVI, ex cod. S. Eugendi descriptus et Chifletii manu hic illic correctus. Solam historiam Langobardorum continet.*

*Aliud genus in Bavaria natum est et propagatum; cujus auctor praeter codicem D (vel C* *1*) alterum classis G (ad G* *3 *prope accedentem; v. III,* 29*) adhibuit, nonnumquam utriusque lectiones conjunxit; cf. N. Arch. I, p.* 558.

(88) *I* 1. *Monacensis Lat. Nr.* 6391 *(Frisingensis Nr.* 191*) membr. s. XI.* 4*; litteris praegrandibus non una manu scriptus, qui solum Paulum continet. Primo deperdito quaternione, in I,* 6. *incipit. Hunc librum a V. Cl. Halmio, bibliothecae Monacensis praefecto, humanissime Berolinum transmissum post Bethmannum et ipse accuratius examinavi.*

(89) *I* 1[a]. *Monacensis Lat. Nr.* 18571 *(Tegernseensis Nr.* 571*), membr. s. XI. ex. Historiae Langobardorum alia manus adjecit passionem S. Quirini. Illa Frisingensi exemplari valde similis, non tamen ex ipso, sed ejus fonte manasse videtur (cf. praesertim IV,* 27 *ex.* 28 *inc.).*

(90) *I* 1[a]*. *Monacensis Lat. Nr.* 4602 *(Benedictoburanus Nr.* 102[3]*), membr. s. XII.* 8.*, ex Tegernseensi nitidissime exscriptus.*

(91) *I* 1[b]. *Romanus Vallicellianus B.* 61, *membr.* 4, *inter alia multa variis temporibus scripta praebet etiam Historiam Langobardorum, in cujus calce legitur:* Exemplar inveni in bibliotheca Ecclesię Brixinensis[4], cuius episcopus est reverendissimus dominus meus d. Nicolaus de Cuſsa tt.

1) *Primo legitur folio:* Orate pro anima rev. in Christo patris ac domini Ric̄i Fox, olim Winton. episcopi, collegii Corporis Christi fundatoris, qui hunc librum dedit eidem. 2) *Id Bethmann statuit, quia H* 5[a], *qui quam proxime ad H* 5 *accedit, ex hujus monasterii codice est descriptus.* 3) *Hunc recenset Pez, Thes. III,* 3, *p.* 627. 4) *Hic fortasse iis ansam dedit quae de codice Secundi Brixinensi traduntur; v. supra p.* 19 *n.* 1.

sancti Petri ad Vincula S. R. e. cardinalis; descripsi ut vides confuse in Bunneccha oppido Norico eiusdem ecclesiae
*p. 41. Brixinensis anno * 1460. die 8. Aprilis absolvi Deo gratias Io. an. *Indices nulli, neque capita distinguuntur. Brixinensis ille codex utrum etiamnum exstet, compertum non habemus.*

(92) $I\,1^{c}$. *Vaticanus Urbinas Nr.* 984, *chart. s. XV, ex altero Urbinate Nr.* 413, *qui jam intercidit, catalogo teste descriptus. Cum* $1^{b}$ *id habet commune, quod indices desunt neque capita discernuntur; praeterea lectiones singulae a Bethmanno enotatae hunc ei locum attribuunt.*

(93) *I* 2. *Bruxellensis Nr.* 8244, *olim Korssendonkanus dioc. Brugensis, chart. a.* 1489, *qui Bedae historiam Anglorum*[1], *Aretinum de bello Gothico, Historiam Langobardorum et Jacobi de Vitriaco Historiam orientalem continet. Pauli textus inter A C et G fluctuat, ab I* 1 *tamen diversus. Indices nulli; capita de suo distinxit librarius.*

(94) *I* 3. *Parisiensis Nr.* 5315, *Colbertinus, olim, ut videtur, Arelatensis, membr. s. XI. ex. fol. Post Vitas sanctorum et Victorem Vitensem Historiam continet Langobardorum, in qua V,* 16. (perempta) *librarius calamum in media pagina deposuit. Additamentum peculiare habet III,* 8; *argumenta capitibus praescribere coepit, nec tamen in hoc consilio ultra medium librum I. perstitit. Lectio modo ad codices A modo ad G accedit.*

(95) $I\,3^{a}$. *Avenionensis, Musei Calvetiani, membr. s. XIII. Praeter Paulum et Victorem Vitensem etiam Eusebii historiam ecclesiasticam a Rufino translatam et Cassiodori historiam tripartitam complectitur. In iisdem desinit verbis ac I* 3; *cf. Arch. VII, p.* 209.

(96) $I\,3^{b}$. *Gratianopolitanus Nr.* 338, *olim Carthusianorum ejusdem urbis, membr. s. XIII. De quo nihil compertum habemus praeter quod eodem volumine Orosius et Victor Vitensis exstant (Haenel, Catal. p.* 169*).*

(97) *K* 1. *Londiniensis, Musei Britannici Nr.* 14092, *a.* 1843. *emptus*[2], *olim fortasse Vicentinus*[3], *membr. s. XV.* 8, *una manu Italica exaratus, quae varia opera Paulo subjecit*[4]. *Libri non distinguuntur, plura omittuntur (III,* 25.

1) *Exstat in B* 2; *Aretinus in A* $2^{b}$. 2) *'Purchased at the sale of the Saibante and Gianfilippi mss. at Paris, Jan. Feb.* 1843, *Lat.* 440'. *Ideo idem esse videtur, quem marchio Gianfilippi Veronensis s. X. esse jactabat; v. Arch. V, p.* 620 *n.; XII, p.* 655. 3) *Quod conjicere licet ex inscriptionibus Pauli subjectis, quae inventae erant:* in loco putei prope Forumiulium agri Vicetini in quadam domo, in loco Acignani agri eiusdem, Marosticae, in suburbio civitatis Vicetiae ante portam. BETHM. 4) *Historia Gothorum Hispanorum*; *Historia Francorum* — 1356; *Catalogus regum Francorum usque ad Johannem II; Vita*

*IV*, 31. *VI*, 7. 37), *alia transponuntur, contrahuntur, verbis mutatis redduntur, ut potius opus ex Paulo confectum quam Pauli codicem dicas. Neque interpolationes desunt* (*II*, 9. 23. 32. *IV*, 37). *De his omnibus retulit V. Cl. R. Pauli.*

(98) *K* 2. *Cheltenhamensis (bibliothecae Thomae Phillipps) Nr.* 3706, *olim Julii Saibanti*[1]. *Sub titulo* Pauli Wanafrit Forliviensis de bello Longobardorum *f.* 281. *legitur historia ex Paulo excerpta potius quam descripta. Pauca enotavit V. Cl. R. Pauli.*

(99) *L* 1. *Bambergensis E. III.* 14, *membr. s. XI, in Italia scriptus, de quo fuse disputatum est Arch. IX, p.* 673 *sqq. Quae hoc volumine continentur veterum scriptorum opera pleraque non fideliter excepta, sed mutato sermone reddita multisque additionibus aucta sunt, ita ut vix genuini sermonis vestigia deprehendas.*

(100) *L* 2. *Oxoniensis, Coll. Magdalen. Lat.* 14, *membr. s. XIV.* 4, *Bambergensi similis, ut V. Cl. R. Pauli accuratius exposuit, N. Arch. I, p.* 161 *sqq.*

(101) *L* 3. *Saresberiensis ecclesiae cathedralis* 1060. 234, *olim 'liber ecclesie Sarum', membr. s. XIII, a Bethmanno huc relatus est; cf. Arch. VII, p.* 244. 343.

**Afferuntur praeterea*[2]: *p. 42.

(102) *Vaticanus Nr.* 8086, *chart. s. XV* (*cf. Arch. XII, p.* 260), *qui inter alia excerpta ex Paulo quaedam descripsit capitula* (*I*, 1—12. 14—16. 22. 23. *II*, 1. 8—10. 14—17. 19—21. *V*, 30. *VI*, 11. 23. 24. 34. 39. 47. 48. 57).

(103) *Mantuanus, olim monasterii Padolironensis, Arch. XII, p.* 627.

(104) *Cantabrigiensis, Clare Hall, membr. fol. s. XIII, Haenel, Cat. p.* 781.

(105) *Comitis de Asburnham L.* 86, *membr. s. XII, cujus notitiam b. m. G. H. Pertz dedit.*

(106) *Abrincensis bibliotheca aliquot codicis qui fuit Montis S. Michaelis folia s. XII. scripta servat; Bethmanno teste, qui ibi praesens fuit.*

(107) *Vaticanus Palatinus Nr.* 851, *chart. s. XV*,

*comitissae Mathildis (a comite P. Manara edita); De festis apostolorum; De* 72 *discipulis; De septem miraculis mundi; Excerpta ex Solino.*
1) *V. (Maffei) Indice de' libri di Giulio Saibanti. Veron.* 1734, 8, *ubi ita affertur:* Pauli Venafri Foroliviensis de bello Longob. 2) *De Parisiensi Nr.* 1750 *v. supra C* 3; *de Brixiensi J* 1[b]. 3) *Cod. Glascoviensis, Mus. Hunter. S.* 52, *membr. s. XIII. XIV, Pauli epitomen ab Ekkehardo confectam continet.*

*dum Bethmann Romae versabatur, inveniri non poterat; Arch. XII, p.* 344[1].

*Flammis consumpti sunt:*

*Londiniensis Cotton. Otho A.* 10, *in quo Aethelwerdi chronicon et Historiae Langobardorum libri sex, 'characteribus antiquis et elegantissimis' legebantur, teste Smith, Cat. bibl. Cotton., Oxon.* 1647, *p.* 67.

*Londiniensis Cotton. Vitellius E. II, qui etiam Fragmentum de regibus Francorum, G. Alexandri, Daretem, Historiam Romanam, alia continebat. Ib. p.* 95.

*Bethmann praeterea quotquot invenire poterat codicum antiquorum notitias summa diligentia collegit, quas ubi ad libros nostro tempore servatos referre licebat supra indicavimus; reliquos vero codices, quos certo agnoscere plerumque nequimus aut deperditos lugemus, nunc ipsius verbis recensemus. Sunt vero:*

*Itali, praeter Pauli archetypum: Casinensis sub abbate Theobaldo, hoc est a.* 1022—1035. *exaratus, teste Leone Ostiensi II,* 53 *(SS. VII, p.* 662*); Casinensis alter sub Desiderio abbate scriptus, ut refert Petrus Diac. Chron. Casin. III,* 63 *(ib. p.* 746*:* Historiam Langobardorum, Gothorum et Wandalorum*); Farfensis, quem Hildeprandus a.* 939—943. *defraudavit, teste Gregorio Catinensi (SS. XI, p.* 536 *n.); Lucensis, qui in inventario sacristiae capituli S. Martini a.* 1264. *facto (Liber ej. capit. LL.* 43*) ita notatur:* Istorie Longobardorum, cronica Bede*; Novaliciensis, a Carolo de Lewis adhuc a.* 1775. *visus et s. X. attributus*[2]*; Patavinus S. Johannis, quem affert Montfaucon, Bibl. I, p.* 485*:* Pauli Diaconi historia *(idem fortasse qui A* 6*); Ticinensis in bibliotheca Vicecomitum, cujus catalogus tres recenset, quorum duos inter Parisienses reperire licet (v. supra p.* 35, *F* 2[a]. *F* 2[a*]*), tertius Jordanem et Paulum continebat (Bethmann fortasse eundem esse opinatus est qui in cata-*

1) *De Urbinate Nr.* 413 *v. J* 1[c]. 2) *Anecdota sacra, Taurinis* 1789, *I. praef.* 34, *ubi ita de eo refert: 'membr. s. X. in principio desunt quaedam paginae. Insunt: orationes missae; S. Bonifacius de poenitentia; Remigius Novaliciensis de Og et Magog num sint Ungari qui Galliam invaserunt, ad Virdunensem episcopum; de ambigenis; de aroma ejusdem Remigii; epitaphium Ambrosii; Bedae vita S. Gregorii; Epitaphium Brunonis archiepiscopi; de Theophilo; Augustini sermo; Vitae SS. Mariae Aegyptiacae, Pelagiae, Marinae, Eufrosiae, Catherinae; Translatio S. Benedicti; Hieronymus ad Paulam; Amphilochii acta S. Basilii; Vita S. Hieronymi; Vita S. Dionysii Mediol.;* Inc. gesta Langobardorum eorumque originem. Inc. capitula libri primi. *Liber primus completus est; liber secundus usque ad cap.* 17. *et tres posteriores inteligibiles (?) sunt'. Eadem fere in Excerptis Lewisi manu factis in Arch. Taurin. (Archivio dell' Economato) leguntur.* BETHM.

*logo librorum mss. apud heredes abbatis Silvestri Maurolyci in cod. Vatic. reg. Christ. Nr.* 2099, *s. XVI. ita affertur:* Gepidarum gesta et Pauli Diaconi hist. Langob. membr. fol.). *Codex comitis Karoli della Pace Utinensis affertur in libro Asquini (Del Forogiulio dei Carni. Ver.* 1827. *4. *p.* 67*).* * p. 43.
*Sforzanus in catalogo bibliothecae Sforzanae, Romae olim asservatae, in cod. Vatic. Ottobon. Nr.* 2355. *ita indicatur:* 93. chart. Pauli Foroiulensis hist. Langob. libr. sex, *fortasse ex iis est qui hodieque Romae exstant. Codicem vero Petri de Luna antipapae, qui in catalogo bibliothecae illius, Cod. Barberin. XXXIX,* 84, *recensetur:* Ystoria Longobardorum et Africana, *inter eos quaerere licet qui Victorem Vitensem cum Paulo conjunxerunt.*

*Germani: Augiensis, quem Reginbertus Augiensis monachus in catalogo ante a.* 846. *confecto inter libros suo tempore scriptos ita allegat (Neugart Episc. Const. I,p.* 550[1]*):* In tricesimo quarto libro continentur libri quinque Historiarum gentis . . . Winilorum qui et . . . . et liber in quo habetur excidium Troiae civitatis *(i. e. Dares); Coloniensis S. Martini in catalogo a.* 1494. *ap. Ziegelbauer, Hist. rei litter. ord. S. Benedicti I,* 506*:* Gesta Longobardorum libr. 6; *Dunensis ap. Sander, Bibl. ms. Belgica p.* 187[2]*:* Pauli Warnefridi pars quaedam Historiae Langobardorum; *Sangallensis s. X (?), litteris initialibus auro vivisque coloribus nitidissime pictus, teste Gercken (Reisen II, p.* 175*), ideo a F* 1. 1ª. 1ª* *diversus*[3]*; Wessofontanus in catalogo s. XII. et altero s. XIII. ap. Naumann, Serapeum* 1841, *p.* 252*:* Gesta Longobardorum.

*Gallici: Beccensis in catalogo s. XIII, quem ex cod. Abrincensi Nr.* 186 *edidit Ravaisson (Rapport au ministre* 1841*), ita indicatur:* Historia Orosii, Trogus Pompeius et Historia Langobardorum libris quinque; *Massiliensis S. Victoris, in catalogo s. XII. a Champollion-Figeac edito (Documents sur l'hist. de France I, p.* 657*) descriptus:* Volumen gestorum Grecorum Romanorum et Longobardorum *(id est Dares, Historia Romana et Lang.); Senonensis S. Petri Vivi, quem Arnaldus abbas a.* 1095—1123. *scribi fecerat teste Chron. monast. (ap. Dachery Spic. II, p.* 485*):* Paulus Langobardorum historiographus et in eodem volumine Inventio capitis S. Iohannis.

*Angli: Cantuariensis in memoriali Henrici prioris monasterii Christi Cantuar. a.* 1285. *electi, quod exstat in*

1) *De quo cf. König, Freiburger Diöcesanarchiv IV, p.* 265. 2) *Minus certi sunt Aldemburgensis, ibid. p.* 224*:* Historia Langobardorum incerti auctoris; *et Bonae Spei in Hannonia, ibid. p.* 311*:* Pauli Diaconi chronicon *(historia Romana?).* 3) *Cf. supra p.* 33, 34.

*cod. Londiniensi Cotton. Galba E. 4:* Hystoria Langobardorum; *fortasse Colchestrensis: Historia Dudonis, cosmographia Ethici,* Paulus de Cassina historicus, *et Eoveshamensis:* Historia Pauli de Casino, *uterque a Leland, Collectanea III,* 271. 269, *allegatus, nec tamen ita descriptus, ut certo agnoscere liceat, utrum Historia Langobardorum an Romana sit intelligenda*[1].

*Alios non paucos Historiae Langobardorum exstitisse codices, eorum quos superstites gaudemus recensio docet, quorum inter se cognatio ita tantum explicari potest. Quod haec ostendit tabula*[2]*:*




*p. 44. **Ex qua patet, ad archetypum plures esse referendos codicum classes, quibus inter se comparatis illius lectio est enucleanda. Quam certo certius assequi nobis videmur, ubi omnes vel magna eorum pars quos tamquam optimos cujusque classis numero* 1 *(vel* *1*) indicavimus inter se conveniunt; sed etiam duorum vel trium consensus idem suadere potest. Ipse ille archetypus mendis non carebat, quae eo nata esse videntur, quod Pauli librariis verba in calamum dantis sensus ab his saepius non recte intelligebatur, auctor vero ea emendare neglexit vel morte praereptus haud potuit. Alia vero a scribis postea inferebantur; id quod non diu post Pauli tempora factum esse, fragmenta codicis Asisiensis rescripta docent, quibuscum libri quos habemus antiquissimos faciunt. Verborum distinctio raro instituta, eaedem litterae in fine et initio verborum ponendae semel tantum scriptae erroribus non paucis ansam dederunt. Quos*

1) *Idem dicendum est de codice collegii Eaton Nr.* 103 *(Smith Cat. Angl. p.* 48*; Arch. VII, p.* 343*). Alterum vero, Nr.* 52 *(ib. p.* 47*), Historiam praebere Romanam, aperte indicatur. Cheltenhamensis, Nr.* 451. *ib. p.* 342, *continet Jacobi de Voragine historiam Sanctorum Lombardam; alius s. XV. codex (Arch. l. l. p.* 342*) brevem Langobardorum historiam.* 2) *Paucis mutatis, quae jam accuratius indicari poterant, repetita ex N. Arch. I, p.* 559.

*ut tollerent, Pauli verba, ut supra monuimus, ad modum vulgaris linguae non semel scripta, ex grammaticae regulis corrigerent, lacunas explerent, alii s. IX. et X. librarii sibi sumserunt, quod tamen vix prospere eis cessit. Nec fieri potuit, quin in tanta codicum mole variae natae sint lectiones innumerae fere, eaeque modo omni sensu destitutae, modo temerariae et a genuino verborum tenore prorsus alienae. Quas omnes enotare, nedum hic recensere, taediosum et plane inutile erat. Id tamen egimus, ut codicum qui aetate vel auctoritate praestant (A* 1. 2. *F* 1) *integram lectionis varietatem exhiberemus, ex aliis qui ad hos prope accedunt (B* 1. *C* 1. *D* 1. *G* 1. 2) *omnia quae ad veram lectionem stabiliendam facere possunt aut saltem non apertae corruptionis indicia praebent, ex reliquis vero, quantum licebat, ea quae codicum cognationem et textus Paulini, ut ita dicam, historiam explanant. Neque id egimus, ut ubique singuli cujusque codicis afferretur lectio; nonnumquam classis signum (praesertim D) posuimus, ubi plures inter se conveniunt, de reliquis vero non constabat. Nam quantamcumque operam Bethmann aliique socii nostri in indagandis et examinandis Pauli codicibus posuerunt, non omnes tamen locos inspexerunt, qui dubia movere vel solvere possent. Quae correctores postea codicibus intulerunt ex A* 1 *et* 2 *tantum annotavimus, ex D* 1 *et F* 1 *partem eorum quae in ceteros harum classium libros transierunt, aliis, quibus praesertim G* 1. 2. 3 *abundant, prorsus omissis. Nihilominus lectores nimia lectionum mole obrutos esse, multos fore qui judicent vix dubito. Quos tamen monitos velim, bis terve primum a Bethmanno, postea, codicibus antiquissimis denuo adhibitis, a me non grato sane labore eas esse recensitas et castigatas.*

*Editionum vix semel vel bis ratio habenda erat. Sunt vero hae*[1]*:*

1) *Ascensiana, ed. Guil. Parvo, Paris.* 1514, *ex codice classis F (fortasse F* 2[a] *vel F* 2[a*]).

2) *Peutingeriana, Augustae* 1515, *codices secuta ad A* 3 *et I* 1 *pertinentes.*

3) *Frobeniana, curante S. Gelenio, Basileae* 1532, *inter Historiae Romanae scriptores, ex* 1 *repetita.*

4) *Lindenbrogiana prima, Lugduni Bat.* 1595. 8, *ex* 2 *sumta, adhibito codice Orteliano, qui ad C* 5 *prope accedit (supra p.* 29). *Novo titulo aucta prodiit cum Jordane aliis Lugd.* 1617. 8.

5) *Lindenbrogiana altera, Hamburgi* 1611. 4, *cum Jordane, Isidoro etc., p.* 187, *adhibito codice B* 1.

1) *Cf Bethmann p.* 296 *sqq.,* 314 *sqq.,* 344 *sqq., ubi accuratius de iis egit; N. Arch. I, p.* 558.

6) *Gruteriana, Hanoviae* 1611. *fol. inter Historiae augustae scriptores, cum varia lectione codicum G* 2 *et F* 4.

7) *Elzeviriana, cui Hugo Grotius manum admovisse dicitur, Amstelodami* 1655. 8, *cum Jordane, Isidoro.*

8) *Lugdunensis* 1677, *Maximae bibliothecae patrum Vol. XIII, p.* 332 *sqq., ex* 7.

*p. 45. *9) *Muratoriana cur. Horatio Blanco (Bianchi), SS. Rer. Italicarum Vol. I, Mediolani* 1723, *cum varia lectione codd. B* 2 *et F* 2.

10) *Migniana, Paris* 1861, *Patrologiae latinae Vol. XCV, ex* 9.

*Translationes Italicae exstant una manuscripta in bibliotheca Taurinensi, duae impressae auctoribus L. Domenichi (Venet.* 1548. 1554. *Milan.* 1631*) et Viviani (Udine* 1826*)*[1]*; duae Germanicae, altera a C. de Spruner ex codice corruptissimo L* 1 *(Hamb.* 1838*), altera ab O. Abel (Geschichtschreiber etc. Berl.* 1849*); una Francogallica auctore Faubert (Paris.* 1603*)*[2].

*Annotationes nonnullas adjecit Fridericus Lindenbrogius, quas retinuit multisque amplae eruditionis frugibus plenis auxit Hor. Blancus. Quas ex his selegendas duxi signo* BI. *indicavi, alias ex Bethmanni schedis sumtas* BE.*; nonnullas ipse adjeci, praesertim eas quae ostendant, quomodo fontibus usus sit Paulus. Ampliori commentario auctores prosequi, a consilio nostro alienum est.*

*Berolini, mense Julio* 1876. *G. WAITZ.*

1) *Bethmann p.* 318. *Editionem Venetam a.* 1548. *in bibliotheca Berolinensi vidi.* 2) *Dahn p. XXXIII.*

# INCIPIVNT[a] CAPITVLA LIBRI PRIMI.

1. De Germania, quod plures nutriat populos, ideoque ex ea multae gentes egrediantur.

a) In nomine Domini incipiunt capitula de historia Langobardorum A 2. In Christi nomine incipiunt capitula libri istorię Langobardorum A *3. Incipiunt capitula libri primi historiae Langobardorum A 3. 3c. Incipiunt capitula libri primi in historia Longobardorum A 5. In n. s. trinitatis inc. cap. libri primi in historiam Longobardorum A 6. In nomine Patris et Filii et Spiritus sancti incipiunt capitula libri primi historiae Longobardorum D 3. Incipiunt capitula libri primi historiae gentis Langobardorum *plerique* D. Inc. cap. in historia Langob. E 1, *ubi abbreviata sunt.* Incipiunt capitula in historia Longobardorum H 4. — *Index cum primis foliis excidit in* A 1. C 1. I 1 *et aliis; omittitur omnino in* A *2. B 1, *ubi argumenta capit.* 1—24. *praemissa sunt,* B 2a. E 4. F 1. G *5. 5a. I 2. K 1. — *Prorsus diversum codd.* G 1. 2. 3 (*cujus prima pagina jam legi nequit*). 4. 5. I 1a *ita exhibent:* 1. De septentrionali plaga, quod (*deest* G 4) quamvis singula loca (*deest* G 4) propriis nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo Germania vocitetur. 2. Divisio Winolorum (Huinolorum G 4) in tribus partibus facta. 3. De eo quod tertia pars populi Ibor et Aionem super se ordinaverit duces. 4. De septem viris dormientibus in eadem Germaniae regione (in Germ. I 1a). 5. De Scriptowinis (Scriptofinnis G 1) gente (gens G 4), quae crudis carnibus vivunt (vivit I 1a), quibus etiam in locis per aliquot dies noctium (noctu I 1a) lux clarissima cernitur. 6. De voragine oceani maris et de viro quem umbilicus absorbuit. 7. De egressu Winilorum a Scandanavia, et pro tributis Wandalorum legatis ad eos missis. 8. De eo quod Wandali Godan sortilogum victoriam postulassent (postulabant G 4). 9. Quod Langobardi ab intactae (intacto G 4. I 1a) ferro barbae longitudine sint (sunt G 4. I 1a) appellati. 10. Bellum Winilorum (Winolorum G 4) cum Wandalis. 11. Ubi Assipitti (Assipiti G 4) eorum iter inpediunt. 12. De singulari certamine et libertate transeundi Langobardorum per fines Assipittorum. 13. De libertate servorum et in quibus postea habitaverint (habitaverunt G 4) locis. 14. Mortuis ducibus Ibor et Agione (Aione G 4), primum eis Agelmund, Agionis filius, regnat. 15. De quadam meretrice uno partu septem enixa puerulos et in piscinam proiectos, ex quibus rex unum levari praecepit et Lamissio nomen imposuit, qui postea cum Amazonarum fortissima in fluvio natatu conflixit. 16. De eo (hoc G 1; De eo *des.* I 1a) quod subito super eos Vulgares inruentes, regem eorum Agelmund occiderunt. 17. Hic secundus Langobardis Lamissio regnat et Vulgarum gentem inpugnat. 18. Hoc quoque defuncto, Lethu, dehinc Hildehoc, et post hunc quintus Gudeon regnum suscepit. 19. Bellum inter Odoacar, qui intra Italiam regnabat, et Feletheum Rugorum regem. (*Sequentia usque ad verba* I, 6: fuerunt morientibus *desunt* G 1, *quatuor foliis excisis*). 20. Hic mors Gudei et Clafonis, et bellum inter Tatonem et Rodulfum regem Herulorum. 21. De interfectione Tatonis, et quod Wacho (Humacho G 3) Suavos suo dominio subiugavit. 22. (*hoc loco incipit* G 2, *primo folio amisso*) Hinc (Hic G 3. 5c. I 1a) Waltari (VII. Waitari G 5c), post quem nonus Auduin (Oduuini G 2; Otwinus I 1a) regnat (filium regis occidit *add.* G 5c). 23. Hic (Aduin G 5c) Albuin (Albuuin G 2 *semper*), filius regis Auduin (Oduuini G 2. I 1a), Turismodum, Turisindi (Thur. G 2) Gebidorum (Gebitorum G 3) regis filium, occidit. 24. De eo quod Albuin pro petenda arma ad Thurisindum regem profectus est. 25. De Iustiniano (Iustiano G 2) imperatore, qui et bella prospere per Bilisarium gessit et in (*deest* G 3) causis (clusis G 3. 4) civilibus mirificus extitit; huius temporibus Cassiodorus divinae scientiae claruit, et Priscianus grammaticae artis profunda rimatus est. 26. De sancto Benedicto (et eius miraculis et laudibus eius *add.* I 1a). 27. De regno Albuini, et quod cum Avaris (Averibus G 2; Avares G 3) foedus perpetuum inierit, et de interfectione Cunimundi regis Gepidorum capiteque illius ablato et ex eo poculum (*corr.* poculo G 4) facto. — F 1a *argumenta ita de suo supplevit:* 1. De natura et situ septentrionalis plage Germanie, et quod ex ea Gothi Wandali Heruli Turcilingi necnon et alie feroces et barbarae gentes prodierunt. 2. Pari modo et Winilorum, hoc est Longobardorum, gens, quae in Italia regnavit, a Germania sorte exiit. 3. Quod constituerunt duos duces super se, Agion et Ibor. 4. De septem dormientibus qui ibi in quodam antro requiescunt. 5. De Scritowinis. 6. De caribdi, *et cetera.* — D *3 *ita:* 1. De Germania, quod multos populos ibi nascatur et inde multe gentes egresse sunt. 2. De Scandanavia insula, de qua Winnolorum, id est Longobardorum, gens venit *etc.* — *Porro* F 2. *2. 4 *ita habent:* 1. Prologus

*p. 46. *2. De Scadinavia[a] insula, et quia[b] ex ea Winilorum, hoc est Langobardorum, gens est egressa.

3. Quod Ibor et Aio[c] primi duces Winilorum cum matre sua Gambara fuerunt[d].

4. De septem viris apud Germaniam[e] dormientibus.

5. De gente Scritobinorum.

6. De duobus umbilicis oceani maris, qui[f] sunt ex utraque parte Brittaniae.

7. Quod Winili[g] in Scoringam venerunt, et[h] quia Ambri et Assi[i] Wandalorum duces eis tributa sibi[k] persolvere mandaverunt.

8. De Godan[l] et Frea ridicula[m] fabula.

9. Quare Winili Langobardi appellati sint[n], et quod Wotan[o] ipse sit qui apud Romanos Mercurius dicitur.

10. Quomodo Langobardi Wandalos vicerunt, et[p] de fame Langobardorum.

11. Quia Langobardi in Mauringam transire volentes ab Assipittis[q] sunt impediti.

12. De monomachia duorum virorum fortium, quorum[r] unus e Langobardis, alter ex Assipittis[s] fuit.

13. Quod Langobardi in Mauringam transierunt, ac[t] deinde ad ulteriora[u] loca progressi sunt.

14. Quia, mortuis Ibor et Aione[v] ducibus, Langobardi primum regem Agelmundum[w] habuerunt.

*p. 47. *15. De meretrice quae septem infantulos peperit[x], ex[y] quibus Lamissio[z] unus fuit, et de monomachia eius cum Amazone.

16. Quomodo Vulgares[a] noctu super castra Langobardorum inruentes, Agelmundum[b] regem interfecerunt et filiam eius[c] captivam duxerunt.

quae sit Germania et quae gentes eam inabitent. 2. Ut quid Langobardi a proprio solo moverint se et nomina primorum ducum (et — ducum *desunt* F 2. *2). 3. Miraculum de septem longo tempore dormientibus. 4. De Scriptowinis, et (*deest* F *2) qualiter apud eos sol candeat. 5. De maris umbilico testimonium Virgilii et aliud in Brittania *etc.* — *Denique* H 1 *incipit*: Gens Lang. dicta quomodo aut qualiter exeuntes de provincia sua ad expugnandas plurimas gentes, quia ex genere et nativitate munda generatione Winili fuerunt procreati. De Germania quod p. n. p. *etc.* De Scad. insula dicta, quia ex ea *etc.* a) Scadianavia A 3c; Scandinavia A 3? B. C. D. E. b) qui ea A 2b. c) Alo A *3; Haio A 6. d) D 3 *argumentum* 4. *cum hoc ita jungit ut addat:* et de miraculo septem dormientium. e) Germanias A 3. 3c. f) qui — Brittaniae *des.* E 1. g) Uuinnili B 1. h) et — mandaverunt *des.* E 1. i) Tassi A 3. 3c. H 1; Assiam D 1; Asiani *alii* D. k) *ita* A. C. D. L; vi B 1. l) Godam B 1. m) r. f. *des.* A 5. 6. n) sunt A 3; et — dicitur *des.* E 1. o) Vota *corr.* Godan D 1; Godan C. D. — ipse s. q. *des.* A 6. p) et d. f. L. *des.* E 1. q) ad Asipictis B 1; a Tassis pitis A 3; a Tasispictis H 1; a sipiatis A 5. 6; a Tassis pittis *corr.* ab Assis pictis D 1. — et — impediti *des.* E 1. r) quorum — fuit *des.* E 1. s) e Tassispitis A 3. 3c; e Tassis pittis B 1, *corr.* ex Assispictis D 1; Assispictis C. D. H 1. t) ac — sunt *des.* E 1. u) altera loca progressis s. B 1. v) Agione d. Langobardorum B 1. w) Agelmunth *e corr.* A 3, *et ita* A 3c; Agilmundo *corr.* Agelmundum D 1. x) pepererit D 1. y) ex — Amazone *des.* E 1. z) Lamisso A 3; Lamisio B 1 (*et ita postea*). a) Bulgares A *3. L 2, *e corr.* D 1. b) Agelmunth A 3. 3c; Agelmundo *corr.* Agelmundum D 1; Ag. — duxerunt *des.* E 1. c) ipsius B 1. D 1.

17. Quomodo Lamissio rex effectus est, et[a] qualiter Vulgares superavit.
18. Quod, mortuo Lamissione, regnum Lethu[b] suscepit, et[c] post hunc filius eius Hildehoc[d], post quem[e] quoque Godehoc[f] regnavit.
19. Bellum inter Odoacar[g] regem Turcilingorum[h] et Feletheum[i] regem Rugorum, et quomodo Langobardi, superatis ab Odoacre[k] Rugis, eorum provinciam possiderunt.
20. Mortuo Godehoc[l], regnavit Claffo, et[m] post hunc Tato, qui delevit regnum Herulorum.
21. De morte Tatonis et regno Wachonis[n], et quomodo Wacho Suavos[o] superavit, et de uxoribus eius et filiabus[p], et de regno Waltari, filii eius.
22. Mortuo Waltari, regnavit Audoin, qui[q] Langobardos in Pannoniam adduxit.
23. Bellum Gepidorum[r] cum Langobardis, in[s] quo Alboin filium regis Gepidorum extinxit.
24. Quomodo Alboin cum quadraginta viris ad Turisendum[t] regem, cuius filium interemerat, profectus est arma ab eo petens, ut cum suo patre possit in convivio residere; et quomodo a Turisendo arma accepit[u].
25. De regno Iustiniani et[v] victoriis eius.
26. De beato Benedicto et miraculis et[w] laudibus eius.
27. De morte Audoin et regno Alboin, et[x] quomodo Alboin Cunimundum[y] regem Gepidorum[z] superavit et filiam eius Rosamundam in[a] matrimonium duxit.

EXPLICIVNT CAPITVLA.

a) et — superavit *des.* E 1. b) Letthuc B 1; Lethus D 2. c) et — regnavit *des.* E 1. d) Hildeoc A 3; Ildehoc B 1. e) hunc B 1. f) Godeoc A 3. 3c; Godeac *corr.* Godeoc D 1. g) Odoachar B 1; Edoagar D 1. h) Torcilinguorum D 2. 3; Torcilingorum D 1. i) Feledeum *corr.* Feletheum D 1. — regem — possid. *des.* E 1. k) Godoacre D 1; a Godehoc Rugilandam e. D 2. l) Godeoc *e corr.* A 3; Gudehoc B 1; Godooc *corr.* Godeoc D 1. m) et — Herulorum *des.* E 1. n) Vach. D 2; Wacc. H 1. L 2. — et — eius *des.* E 1. o) Suevos D 3. 4. L 2; *deest* B 1. p) et de f. D 2. 3; f. Waltari filius eius A 3. 3c. — et — eius *des.* B 1, *qui sequens argumentum ita exhibet:* De regno Waltari filii eius mortuoque. q) qui — adduxit *des.* E 1. r) Geppid. B 1. D 3. s) in — extinxit *des.* E 1. t) Turisindum B 1 *constanter.* — T. venit *ceteris omissis* E 1. u) suscepit B 1. v) et v. e. *des.* E 1. w) et l. *des.* E 1; m. eius et l. D 3. 4. x) et — duxit *des.* E 1. y) cum Cunimundo D 2. z) *deest* D 1. a) coepit *post suppl.* D 1; R. accepit D 2; R. uxorem duxit D 3.

# INCIPIT LIBER PRIMUS[a].

1[b]. Septemtrionalis plaga quanto magis ab aestu solis remota est et nivali frigore gelida, tanto salubrior corporibus *p. 48. hominum[c] et propagandis est[d] gentibus coaptata[e]; *sicut econtra omnis meridiana regio, quo[f] solis est fervori[g] vicinior, eo[h] semper morbis habundat[i] et educandis minus est[k] apta mortalibus. Unde fit, ut tantae[l] populorum multitudines arctoo[m] sub axe oriantur, ut non inmerito universa illa regio Tanai tenus[n] usque ad occiduum, licet[o] et propriis loca in ea[p] singula nuncupentur nominibus, generali tamen vocabulo Germania vocitetur[1]; quamvis et duas ultra Rhenum[q] provincias Romani, cum ea loca occupassent, superiorem inferioremque Germaniam dixerint[r, 2]. Ab hac ergo populosa[s] Germania saepe innumerabiles captivorum turmae abductae[t] meridianis populis pretio distrahuntur. Multae quoque ex ea, pro eo quod tantos[u] mortalium germinat, quantos[v] alere vix sufficit, saepe[w] gentes egressae sunt, quae nihilominus et partes Asiae[x], sed maxime sibi contiguam[y] Europam adflixerunt. Testantur hoc ubique urbes erutae per totam Illiricum[z] Galliamque[a], sed maxime[b] miserae Italiae, quae pene om-

a) In nomine Domini incipit liber primus A 2. Expl. cap. In Christi nomine incipit liber istoriae Langob. A *3. Expl. cap. Incipit liber hystoriae Langobardorum primus A 3. 3c. Expl. cap. Inc. liber Longobardorum A 6. Incipit historia Langobardorum B 1. L 2. Expl. cap. libri primi. Incipit ipse liber D 1. Expl. cap. Incipit liber primus hystoriae (*deest* 3) gentis Langobardorum D 3. 4; *codd.* D. *addunt:* a Paulo quodam monacho de monte Cassini editus. Incipit origo gentis Longobardorum E 1. De origine gentis Longobardorum et gestibus eorundem liber primus incipit feliciter E 4. De origine gentis Langobardorum et gestis E 5. Incipit liber primus Langobardorum actus G 5c. Expl. cap. Incipit liber primus historia Longobardorum H 1. 4. Incipit hystoria Longobardornm a Paulo dictata liber I. I 1a. b) *De codicibus qui singulis quibusque capitulis argumenta praemittunt v. praefationem.* c) *deest* A 5; corporalibus h. ut A 2. 2a. d) *deest* D 3. 4. H. e) magis c. C 2. D 3. 5. I 1a. b. f) qui B 1. 2. 2a. D 1; que A 7. B 1a. 3. E 1. F 4a. 5; B 2 *et* D 1 *e corr.*; quanto H 1. 4. g) fervore C 4b. 5. F 2. 3. I 2; fervoris E 1; fervor G 3. h) et G 3. 4. i) *deest spatio vacuo relicto* E 1. k) *deest* D 3. 4. l) U. f. ut t. *des.* E 1. m) arcto A *3. 3. 6. B 1. 3. C. D 1 (*in marg.:* vel arcturo). 1a. 4a; arctho *corr.* arcthoo A 5; arcturo A 2. D 2. *3. 3. 5. H 1. 4; aictuo G 3. 4; arctos G 5b. c. 6; actoos G *5; articulo F 5; a. s. a. o. *des. spatio vacuo relicto* E 1. n) tam actenus B 1; — i. r T. t. *des. spatio vacuo relicto* E 1; r. veniens u. o. F 5. o) licet loca singula n. proprio nomine F 2; licet et propter loca singulo n. nomine F *2; licet et propter loca in ea singula n. nomine F 3. p) in ea *des.* A 6. F 2. 3. G 2. *ed pr.* q) Regnum A 2, *corr.* Renum A *3; Rehnum A 3; Renum B 1, *alii*; Rhrenum F 1; Hrenum G 1. I 1a. r) dixerunt D 4a. F 2. 4a. 5. G 5. H 1. I 2. 3. *Abhinc novum caput incipit* F 1a*. s) *deest* B 1. 2 (*post suppl.*); populi A *2. B 2a; populari A 5. 6; p. terra s. F 5. G. t) adduct. B 1. 2. 3. G 5b. H 1. u) tant(a)e E 1 (*corr.* tantos). F 1. G 4; tantas m. turmas F 1, *e corr.* F 2; tante m. turme F 3; tantum m. turmae F 4; tantum I 1b. I 1b*; tantam prolem I 2. v) quanto F 1. G 3. I 2; quantum G 3a. 7. I 1b*; w) *deest* B 1; — Saepe gentes eg. *incipit* K 2. x) ex parte Affricam G 4. y) congruam D 8. 9. I 1a; contiguam congruamque F 5; Erupam F 1 (*corr.* Europam). z) Yllir. F 1. G 2. a) totas ... Galliasque A 3. 3a. b) maxime — illarum est *des.* C *1; *e corr. add.* D 1.

1) *Cf. Isidori Etym. XIV*, 4, 4: unde et propter fecunditatem gignendorum populorum Germania dicta est. 2) *Haec quoque ex Isidoro l. l.*

nium illarum est gentium[*a] experta saevitiam. Gothi[a] siquidem Wandalique, Rugi[b], Heroli[c] atque Turcilingi[d], necnon etiam[e] et aliae feroces et barbarae nationes e Germania prodierunt. Pari[f] etiam modo et Winnilorum[g], hoc est Langobardorum[h], gens, quae postea in Italia feliciter regnavit, a Germanorum populis originem ducens, licet et aliae causae egressionis eorum asseverentur, ab[i] insula quae Scadinavia[k] dicitur adventavit[1].

2. Cuius[l] insulae etiam Plinius[m] Secundus in libris, quos de natura rerum conposuit, mentionem facit[2]. Haec igitur insula, sicut retulerunt nobis qui eam lustraverunt, non tam[n] in mari est posita, quam marinis[o] fluctibus propter planitiem[p] marginum terras ambientibus circumfusa[q]. Intra hanc ergo constituti populi dum in tantam multitudinem *pul- *p. 49.
lulassent, ut iam simul habitare non valerent, in tres, ut fertur, omnem catervam partes dividentes, quae ex illis pars patriam relinquere[r] novasque deberet sedes exquirere, sorte perquirunt[s].

3[t]. Igitur ea pars, cui sors dederat genitale solum excedere[u] exteraque arva sectari, ordinatis super se duobus ducibus, Ibor[v] scilicet et Aionem[w], qui et germani[x] erant[3] et iuvenili[y] aetate floridi et ceteris praestantiores, ad[z] exquirendas quas possint incolere terras sedesque statuere, vale-

*a) *deest* B 1. a) *hic novum cap. inc.* F 5. b) W. querulosi F 1 *e corr.* (W. ulusi *vel* rulusi *fuisse videtur*), *et ita* F 2. 3; W. atque R. A *2; Vandali et R. K 2; et regi G 4. c) *ita* A 2. 3. B 1. D 1. G 2, *alii*; Eroli A *4; Hieroli E 1; Heruli F 1. G 5. I 2. D 1 *et* G 2 *e corr.*, *alii*; Herculi L 2. d) Turgilingi B 1. 2. F 2; Turcilgni G 3. 4. e) *deest* B 1. f) *novum cap. inc.* C 5. F 1. 2. 3. *edd.* g) *ita* A 2. *3. F 1, *alii*; Winilorum A 3. B 1. G 2. 3, *alii. Neque codices in verbo scribendo sibi constant; legitur etiam* Winuli G 3. 4; Winnuli A *3; Pinili *semel habet* A 3. h) *ita plurimi optimique codices semper fere scribunt*; Longobardi *rarissime* A 3. D 1. G 2. 3. 4; Langobardi *et* Longabardi *promiscue* D 4. H 1. I 2; Longobardi *const.* A 5. 6. D 4a. F 5. G 5c, *alii.* i) ab — adventavit *des.* E. F (*post suppl.* F 2). G 2. 3. 4 (*codicis* 1. *haec pars deperdita est*). *Quorum loco habent* F 4. G *5. 5a. c. 7: a Scandinavia insula egressa est; G 5b: asseverant a Scandinavia insula egressos esse; *quod ex argumento c. 2. sumtum esse apparet, ut lacuna expleretur.* k) *ita* A 3c. D 1. H 1; Scadanavia A 3. D 3. G 2 *infra* c. 7; Scandinavia A *2. 2. *3. 5. 6. B 1. 2. *Fortasse Paulus ne in hoc quidem verbo scribendo sibi constans fuit.* l) Huius A 3. 3a. 5. 6. B 2. C 4. G 4. 5b. c. H 1. I 1a *e corr.* 3. m) plenius A *2. 3. 3a. E 1. F. G 2. 3. 5c. H 2. n) tantum C *1. o) in m. C *1. p) planiem m. terrarum sevientibus c. A 3; propter p. m. t. a. *des.* F 3. *ed. pr.* q) c. est A *3. r) relinquid re n. F 1. s) perquirit A 2. *3 *e corr.*, 3. 5. 6. C *1. D. F 1. K 2; *quod fortasse in archetypo scriptum codices* B. E. G. H. I *correxerunt.* t) *hoc caput praecedenti adjungunt* F 2. 3. 5. u) relinquere B. L 2. v) Hibor A 5. 6. D 3; Ebor G 2. I 1a; Ebore G 5. w) *ita* A 2. 2a. C 1a. D 1; Agionem A 3. B 1a. C 2. D 1a. F 1. G 4. 5b. H 3. L 1; Agione B 1. 2. F 1 *e corr.* G *5. 5a. I 3; Aione A 2 *et* D 1 *e corr.* H 1, *alii*; Haione A 5. 6; *in indice omnes fere* Aio. x) gemini F 5. y) iuvenali A 3. G 2. 5c. z) ad — statuere *des.* G 5b. c.

1) *Haec Paulus ex Origine sumsisse videtur.* 2) *Plin. IV*, 13 (27). 3) *Nomina ex Orig. sumsit; quos, ut genti novam patriam sectanti praeessent, electos esse, Paulus finxisse videtur.*

dicentes suis simul et patriae, iter arripiunt. Horum erat ducum mater nomine Gambara[a], mulier quantum inter suos et ingenio acris et consiliis provida; de cuius in[b] rebus dubiis prudentia non minimum confidebant.

4. Haut[c] ab re esse arbitror, paulisper narrandi ordinem postponere, et quia adhuc[d] stilus in Germania vertitur, miraculum, quod illic apud omnes celebre habetur, seu[e] et quaedam alia breviter intimare[f]. In extremis circium versus[g] Germaniae finibus, in ipso oceani littore, antrum sub eminenti rupe conspicitur, ubi septem viri, incertum ex quo tempore, longo sopiti sopore quiescunt, ita inlaesis[h] non solum corporibus, sed etiam vestimentis, ut ex hoc ipso, quod sine ulla per tot annorum curricula corruptione perdurant, apud indociles[i] easdem et barbaras nationes veneratione[k] habeantur[1]. Hi denique, quantum ad habitum spectat, Romani esse cernuntur. E quibus dum unum quidam cupiditate stimulatus vellet exuere[l], mox eius, ut dicitur, brachia aruerunt, poenaque sua ceteros perterruit, ne quis eos ulterius contingere auderet. Videres[m], ad quod[n] eos profectum[o] per tot tempora providentia divina conservet. Fortasse horum quandoque, quia non aliter nisi christiani esse putantur, gentes illae praedicatione salvandae sunt.

5. Huic loco Scritobini[p] — sic enim gens illa nominatur — vicini sunt. Qui etiam aestatis tempore[q] nivibus non carent, nec aliud[r], utpote[s] feris[t] ipsis ratione non dispares, quam[u] crudis agrestium animantium carnibus vescuntur; de quorum etiam hirtis[v] pellibus sibi indumenta
*p. 50. peraptant[w]. Hi a saliendo iuxta linguam barbaram[2] *ethi-

a) Gabara D 2. *3. b) *deest* G 3; *post add.* F 1; c. viribus et prudentia F 4. c) Nec F 4. G 2. 3. 4. 5. I 1a. d) st. adh. A *3. e) seo F 1; sed A *2. 3. C 1a. E 1. G 5a. I 1a. — et *deest* B 1. f) libet i. A 3. g) circius versus A *2; circumversus A 7. C 4. 5. D 9. E 1. H 1; circumversis A 3. F 1. G 2. 3. *5. 5b. c. I 1a; autem veris G 5a *e corr.*; a. versis G 5a*. h) inlaesi *vel* illesi G. I 1a. 2. i) indocibiles G 3. I 2. k) venerationi A *2. 2. *3. 5. 6. B 1a. C 4a. 5. D 1. K 2, *e corr.* B 2. F 1; in veneratione G 5. l) veste e. *corr.* F 1. m) *ita* B. E 1a; videns F 2; videris *ceteri*; *cf. infra.* n) quem A 5. 5b. 7. C. 5. D 3. 5. 8. I 1b; quid *corr.* quod A 3b; quos B 3. G 2. *5; quorum G 5b. o) perfectum G 3. 4. 6. p) Scrittobini B 2; Scriptobini B 1; Scriptovini F (*corr.* Scritovinni F 1). G 3. 4; Scriptofinni G *5. 5a; Scritovini A 5. 6. D 3. E 1; Scriduwinni G 5b; Scridowinni G 5c; Scritofinni G 1; Scritovinni L 1; Cristobini C 4, *et similiter infra, ubi* Scriptiwini G 3. q) temporibus G 5b. c, *ubi* n. n. c. *desunt.* r) alius E 1. F 4. G 2. 3; aliis *corr.* alius G 6; aliis G 4. 5a, *e corr.* F 1 *et* G 2; alias G *5; nec ullo alio I 1b. — in cibum *corr. add.* A *3. s) ut utpute A *2; utpotes *corr.* utpote F 1; ut potest F 3b. 4. 5; *deest* A *3. I 1b. t) feres ipsi A *2; fieri E. F 4. 5; fieris *corr.* feris F 1. G 2; sceris G 3. *5 (*ubi* ipsi). 6; f. i. nisi ratione sunt d. I 1b. u) que A 5. 6. G 3. *5. 5a. 6. I 1a; quamquę G 4. v) hircis *vel* hyrcis A *2. B 2a. C 4. D 1. 4. 5. 9; hyrticis E 1; hirtis *corr.* hirsutis A *3. 4. 6. F 1, *et ita* A 5; yrsutis F 4; istis G 3; *deest* G 5b. w) coaptant A 2. 3. B 1. D 6. 7.

1) *Narrat eandem fabulam Gregor. Turon. mirac. I,* 95. *Sed noster ex alio sua hausit fonte; cf. Baron. ad* 254; *Martyr. Rom. Jul.* 27. BE. *Acta septem dormientium in codd. saepius obvia (Hagen, Cod. Bern. p.* 157. 241*).* 2) *Cf. Zeuss, Die Deutschen p.* 684.

mologiam ducunt. Saltibus enim utentes, arte quadam ligno incurvo ad arcus similitudinem feras adsecuntur. Aput hos est animal cervo non satis[1] absimile[a], de cuius ego[b] corio, ut fuerat pilis hispidum, vestem in modum tunicae genu tenus aptatam conspexi, sicut iam fati, ut relatum est, Scritobini utuntur. Quibus[2] in locis circa aestivale solstitium[c] per aliquod[d] dies etiam noctu[e] clarissima lux cernitur, diesque ibi multo maiores quam alibi habentur; sicut e contrario circa brumale solstitium[f], quamvis diei lux adsit, sol tamen non ibi videtur, diesque minimi[g], quam usquam[h] alibi, noctes quoque longiores existunt; quia scilicet, quanto magis a sole longius disceditur, tanto sol ipse terrae vicinior apparet et umbrae longiores excrescunt. Denique in[i] Italia, sicut et antiqui scripserunt, circa diem natalis Domini novem pedes in umbra staturae humanae hora sexta metiuntur. Ego autem in Gallia Belgica in loco qui Totonis[k] villa dicitur[3] constitutus, status mei umbram[l] metiens, decem et novem et semis pedes inveni. Sic[4] quoque contrario modo, quanto[m] propinquius meridiem[n] versus ad solem acceditur, tantum[o] semper umbrae breviores videntur, in tantum ut solstitio[p] aestivali, respiciente sole de medio[q] caeli, in Aegipto et Hierosolimis et in eorum vicinitate constitutis locis nullae videantur umbrae. In Arabia vero hoc ipso tempore sol supra medium[q] caeli ad partem aquilonis cernitur, umbraeque versa vice contra meridiem[r] videntur[5].

6. Nec[s] satis procul ab hoc de quo praemisimus litore, contra occidentalem partem, qua[t] sine fine oceanum pelagus

a) *ita* A *3. 3. 5. 6. B 1a. D 3. 8; adsimile A *2. 2. C *1. 2. D 1. E 1. G 3a; assimile C 4. 5. D 4a. F. G 4. 5a. b. I 2, *e corr.* B 2; n. s. assimile *corr* satis simile G 2; simile G 5c. H 1. I 1a; dissimile B. I 3. b) *deest* G 2. c) solistitium F 1; per — solsticium *in margine suppl.* F 1. 2, *des.* F *2. 3. 4. 5. d) *ita codd. vetustiores omnes fere pro* aliquot; quod E 1. e) noctium G 2. 3. 4. I 1a; nocte G 5. f) solestitium A *2. E 1; solistitium G 3, *alii.* g) minores G 2, *e corr.* F 1. h) *deest* B 1. i) *deest* F 4. G 2. 3. 4; et G 2; et in D 3. k) Teotonis G 2; Theodonis G 5a. b. c; Teodonis G *5; Tectonis I 1a. l) umbra A 2. *3, *corr.* umbram F 1. m) quantum A *3. 3. F 5. n) meridie (-ę) A *2. F 1. G 2. 3. 4. o) *ita* A *2. 2. 3. 5. D 1. E 1. F 1. H 1, *e corr.* B 2; tanto B. G. I 1a, *alii.* p) solstitium (solistitium G 3. *5) E 1. F. G 3. 4. 5. I 2. — aestivale F 4. G 4. 5; aestuale E 1, *corr.* aestivali G 2. q) medio F 1. G 3; midio G 2; in medio G 5. r) meridie (-ę) A *2. 2. *3. F 1. G 3. s) H(a)ec A 2. *2. 3. t) quo G.

1) *i. e.* non multum, *ut c.* 6. BE. *Rhenonem (Rennthier) Paulus indicat.* 2) *Cf Beda, De temp. rat. c.* 29. 31. 3) *Seu Theotonis villa, Dietenhofen. De hoc loco exstat disquisitio mathematica comitis Josephi de Rinaldis in Raccolta d'opuscoli scientifici e filologici, Venetia* 1751, 8°, *XLV*, 127 *ff. Unde nil discimus, nisi Pauli nostri staturam* 5′ 11″ 11‴ *mensuram complevisse.* BE. 4) *Cf. Beda l. l.* 5) *De Arabibus vulgatissimum illud:*

Ignotum vobis Arabes venistis in orbem,
Umbras mirati nemorum non ire sinistras. BI.

patet, profundissima aquarum illa vorago est, quam usitato nomine maris umbilicum vocamus. Quae bis in die fluctus absorbere et rursum evomere dicitur[1], sicut per universa illa litora accedentibus ac recedentibus fluctibus celeritate nimia[a] fieri conprobatur. Huiusmodi vorago sive vertigo a poeta Virgilio Caribdis appellatur; quam[b] ille in freto Siculo esse suo in carmine loquitur, hoc modo dicens:

Aen. III. 420. 'Dextrum Scilla[c] latus, laevum inplacata Caribdis
Obsidet, atque imo baratri ter gurgite vastos[d]
Sorbet in abruptum fluctus, rursusque sub auras
Erigit alternos, et sidera verberat unda'.

Ab hac[e] sane de qua diximus vertigine saepe[f] naves raptim cursimque adtrahi adfirmantur tanta celeritate, ut sagittarum
*p. 51. per aera lapsus imitari videantur; et nonnumquam *in illo baratro horrendo nimis exitu[g] pereunt. Saepe cum iam iamque mergendae sint, subitis undarum molibus retroactae, tanta rursus agilitate exinde elongantur, quanta prius adtractae sunt. Adfirmant, esse[h] et aliam huiusmodi voraginem inter Brittaniam[i] insulam Galliciamque[k] provinciam[l]; cui etiam[m] rei adstipulantur Sequanicae Aquitaniaeque litora; quae bis in die tam subitis inundationibus opplentur[n], ut, qui fortasse aliquantulum introrsus a[o] litore repertus fuerit, evadere vix possit. Videas[p] earum regionum flumina fontem[q] versus cursu velocissimo relabi ac per multorum milium spatia dulces[r] fluminum limphas in amaritudinem verti. Triginta[s] ferme a Sequanico litore Evodia[t, 2] insula milibus distat. In qua, sicut ab illius[u] incolis adseveratur, vergentium in eandem[v] Caribdin aquarum garrulitas auditur[w]. Audivi quendam nobilissimum Gallorum referentem, quod aliquantae naves prius

a) celeritatem nimie F 1. G 3. b) quem F. G 2. 3. 4; qui B 3. c) Sylla C *1. d) vasto G. I 2. e) hoc F 1. G 3. 4. 6. f) septem G 2 (naves *deest*); septenales r. F 1. G 3. g) exito G 3, *corr.* exitio F 1. 4; exiti G *5, *corr.* exito G 4; exitio A 3a. B 1. 3. F 2. 3a. G 5a. b. c. I 3; exicitii A 3. h) se A 3. — etiam D; *deest* G 4; adfirmantem est (?) et alia h. voragine F 1; adfirmantem (*deest* G 4) est et alia h. vorago G 3. 4; adfirmant. Est et alia h. vorago F 4. 5. G 5. 6. i) *ita* A 2, *et postea plerumque* A 1; Brittania insula F 1. k) Gallicamque B 1a. D; Galliamque A *2. 5. 6. C 3. 4. 5. l) provincia F 1; provinciae civitatem G 2; provinciam civitatem G *5. m) Huic r. G 2. n) oplentur F 1; sub(p)plentur G; replentur I 2. o) ad F 1. G 3; ad litora F 2. G 2; in G 3a. p) Videres G 4; Videris F 2. G 2. 3. 5. q) fontesque B 1. G 5b. c.; fontes G *5. 5a. — versos B 1; *deest* G 5b. c; fontemque versus cursus *corr.* fontesque recursu F 1. r) duces F 1. G 3; ductas G 5. s) *novum* (VII) *inc. cap. e corr.* F 1, *et ita* F 1a. t) Ebudia B; Aebodia *vel* Ebodia F. G 2. 3. 4. u) illis G 3. 5. v) eadem E 1. F 2. 4. G 2a. I 3. — Caribdi A *2. E 1; Caribdin *corr.* Caribdi B 1; Cary(i)bdis F 1. G 3. 4; Carybdim G 2. w) *deest* F 1. G 2; audiatur G 3. 4; audit F 2a; est F 2. 3; esse solet *post add.* F 1; sonat I 2.

1) *Cf. Ovid. Metamorph. lib. XIII, fab.* 8 (*v.* 730):
Scylla latus dextrum, laevum inquietata Charybdis
Infestat; vorat haec raptas revomitque carinas. LIND.
2) *Aldernay intelligi videtur.*

tempestate convulsae, postmodum ab hac eadem Caribdi[a] voratae sunt. Unus autem solummodo ex omnibus viris qui in navibus illis fuerant, morientibus ceteris, dum adhuc spirans fluctibus supernataret, vi[b] aquarum labentium abductus[c], ad oram[d] usque inmanissimi[e] illius baratri pervenit. Qui cum iam profundissimum et sine fine patens chaos adspiceret, ipsoque[f] pavore praemortuus se[g] illuc ruiturum exspectaret, subito, quod sperare non poterat, saxo quodam superiectus insedit. Decursis siquidem iam omnibus quae sorbendae erant aquis, orae[h] illius fuerant margines denudati; dumque ibi inter tot angustias anxius vix ob metum palpitans resederet[i], dilatamque[k] ad modicum mortem nihilominus operiret[l], conspicit ecce subito quasi magnos aquarum montes de profundo resilire navesque, quae absortae[m] fuerant, primas emergere[n]. Cumque[o] una ex illis ei contigua[p] fieret[q], ad eam se nisu quo potuit adprehendit; nec mora, celeri volatu prope litus advectus, metuendae necis casus evasit, proprii postmodum periculi relator existens. Nostrum quoque, id est Adriaticum, mare, quod licet minus, similiter tamen Venetiarum Histriaeque litora[r] pervadit, credibile est, parvos huiusmodi occultosque habere meatus, quibus et recedentes aquae sorbeantur[s] et rursum invasurae[t] litora revomantur. His ita praelibatis, ad coeptam narrandi seriem redeamus.

*7. Igitur egressi de Scadinavia[u] Winnili[v], cum Ibor[w] *p. 52.
et Aione[x] ducibus, in regionem quae adpellatur Scoringa[y] venientes, per annos illic aliquod consederunt[1]. Illo itaque tempore Ambri[z] et Assi[a] Wandalorum duces vicinas quasque provincias bello[b] premebant. Hi[2] iam multis elati victoriis,

a) *deest* G 2. b) *deest* C *1; in B 1. c) adductus A 5. 6. E 1. G 3. 4. 5b. H 1; abd. *superscr.* vel sub F 1. d) ora A *2. 5. 6. B 1. 3. e) inmanissima E 1. F 1. G 1. 3; inmanissimam F 5. G 4. 5. f) *hic incipit* I 1, *quaternione primo evulso*; *post* pavore *plura des.* A 6, *folio deperdito*. g) sese A *2. 2. *3. 5. E 1, *e corr.* B 2. D 1. h) oris *superscr.* vel ore E 1; ore i. fecerant marginis d. F 1; marginis *etiam* F 2. 4. 5. G 4; denudate G 4. 5b. c. i) *ita* A *2. 2. *3. F 1. G 3. k) dilatumque F 1. G 1. l) opperiret A *2. 2. E 1. G 2. I 1; operire F 1. G 1. 3; op(p)eriretur A 5. B 2. 4. D 1. G 4. 5. I 2. 3; periret C 2. m) *ita codd. vetustiores omnes.* n) emergerent F 1. G 1. 3. o) Cum F 1. G. p) condigna G 1—4. q) fuerat *corr.* fuerit F 1; fuerit G 1. 2; fuerint G 3; fieri I 2; facta fuisset eam quomodo pot. G 4. r) litore F 1. G 1. 3. 4. s) sorbentur F 2. 3. 4. G. t) invasura A 2. 2a; invasore F 1. G 2; invaso G 3; invasa ad litore G 4; invaso litore F 1 *e corr.*, 2. 3. 5; ab invasore litore G 5a. b; ab invaso litori G *5; ab invaso litore A 5a. G 5c. u) *ita* F 1. G 1 (*corr.* Scand.), *alii*; Scadanavia A 3. G 2; Scandin. *corr.* Scadan. D 1. v) Winuli B 1. G 4; Winnuli A *3; Winili F 1. G 1; *postea codd. tantum non omnes* Winnili *vel* Winili. w) Ybor A *3; Ebor G 1. 2; Ebore G 5, *et ita deinceps.* x) Agione B 1. F. G 2. 5. I 2; Aigone G 3. y) Scoringia G 2. z) Cambri G 3. a) Asi F. G. I 2. b) per bella A *3.

1) *Quae de Langobardorum sedibus in Scoringa et post (c. 11) in Mauringa Paulus tradit unde hauserit, non constat.* 2) *Haec ex Orig. Paulus sumsit et suo more amplificavit.*

nuntios ad Winnilos mittunt, ut aut tributa Wandalis persolverent, aut se ad[a] belli certamina praepararent. Tunc Ibor et Aio, adnitente[b] matre Gambara, deliberant, melius esse armis libertatem tueri, quam tributorum eandem[c] solutione[d] foedare[e]. Mandant[f] per legatos Wandalis, pugnaturos se potius quam servituros. Erant siquidem tunc Winnili[g] universi iuvenili[h] aetate florentes, sed numero perexigui, quippe qui unius non nimiae amplitudinis insulae tertia solummodo particula fuerint[i].

8. Refert hoc[k] loco antiquitas[1] ridiculam[l] fabulam: quod accedentes Wandali ad Godan[m] victoriam de Winnilis postulaverint[n], illeque responderit, se illis victoriam daturum quos primum oriente sole conspexisset. Tunc accessisse[o] Gambara[p] ad Fream, uxorem Godan[q], et Winnilis victoriam postulasse[r], Freaque[s] consilium dedisse[t], ut Winnilorum mulieres solutos crines erga faciem ad barbae similitudinem conponerent maneque primo cum viris adessent seseque Godan[u] videndas pariter e[v] regione, qua ille per fenestram orientem versus erat solitus aspicere[w], conlocarent. Atque ita factum fuisse[x]. Quas cum Godan oriente sole conspiceret, dixisse[y]: 'Qui sunt isti longibarbi'[z]? Tunc[a] Frea[b] subiunxisse, ut quibus nomen tribuerat victoriam condonaret[c]. Sicque Winnilis Godan victoriam concessisse. Haec risui[d] digna sunt et pro nihilo habenda. Victoria enim non potestati est adtributa hominum, sed de caelo potius ministratur.

9. Certum tamen est, Langobardos ab intactae ferro

a) de b. certamine A *3. b) annuente A 5. G 3; adnuente *e corr.* A *3; ab innuente G 4. c) eorundem G 2. d) solutionem A *2. 2. *3. B 2. C *1. D 1. E 1. F 1. G 1. 3. 4. *5. 5b. c. d. I 1. 3. *Quod in archetypo scriptum fuisse videtur*; — tributi eos persolutione F 2. e) fedarent B 2; fedari G 2. *5. 5a; facere vel foedari G 5c; facere vel foederari G 5b. f) M. itaque G 1; vero *add. e corr.* F 1. g) Winilorum F. G (Winilorum pueri G 5b. c). h) iuvenali F 1. G 1. 3; *cf. p.* 53 *n.* y. i) fuerant B. D 4. 5. F 2. 5. G 3. I 3; fuerunt I 2; terciam particulam perfruiti sunt G 5b. c. k) hoc in l. B 1. l) ridiculosam B 1, *e corr.* F 1 *et* G 1. m) Gadam *superscr. littera* o B 1; Godam A 5b. F 5. H 2. 3; Guodan G *5. 5a. c; Guodant G 5b; Wodan (uuodan) C 3. 4b. D 1 *e corr.* (uuoda *corr.* uuodan). I 1 (*semel* Godant). n) postulaverunt A *4. 5. E 1. F. I 2. o) a. dicitur et Gamb. B 1. p) Gambaram A *2. 2. 5. C. D. F 3. G 4. *5. 5a. b. H 3; Gabaram A 3. q) Godani B 1. r) postolasset G 1. s) *ita* F 1. G 1. 3. I 3; Freamque *ceteri fere omnes.* t) dedisset E 1. F 1. u) Gotan F 1; a Godan A 2. *3; ad Godam B 1; ad Wodan D 1. v) in regionem quam B 1. w) aspiceret A *3; *deest* F 1. x) fuisset E 1. F 1. G 1. 3. — Cumque ita factum fuisset eosque G. o. s. intente conspiceret dixit F 2. y) dixisset A 2. 2a. E 1. G *5. 5a. z) *ita* A *2. *3. 5. B. F 1. G 1. I 3, *e corr.* F 3. G 3; longibarbis A *4; longebarbi E 1; longabarba F 5; longibardi A 2. 5b. C *1. 4. 5. D 1a. 6. F 3. G 3. *5. 5a. H 4. I 2; longobardi A 7. F 2. G 2a. 5c; longo(u?)bardi *corr.* longibarbi D 1; langibardi A 3; langibarti A 3b; langobardi A 3b. D 1a. 2. 3. 5. G 2. a) Tum A *2. 2. *3. b) Fream A *2. 2. *3. 4. 5. C. D. F 5. G 2 *e corr.*, *5. 5a. b. H 1. I 2. c) cond. — victoriam *des.* A 3. 3a. d) *ita* A *2. 2. B 1. 2. C *1. 3. D 3. E 1. F. G 2. 3. H 1. I 1; risu *alii.*

1) *i. e. Origo.*

barbae longitudine, cum primis[a] Winnili[b] dicti fuerint, ita postmodum appellatos[c, 1]. Nam iuxta illorum linguam *'lang' *p. 53. longam, 'bart'[d] barbam significat[e]. Wotan[f] sane, quem adiecta[g] littera Godan[h] dixerunt[2], ipse est qui apud Romanos Mercurius dicitur et ab universis Germaniae gentibus ut deus adoratur; qui non circa haec tempora, sed longe anterius[i], nec in Germania, sed in Grecia fuisse perhibetur.

10. Winnili[k] igitur, qui et Langobardi, commisso cum Wandalis proelio, acriter, utpote pro libertatis gloria, decertantes, victoriam capiunt. Qui[3] magnam postmodum famis penuriam[l] in eadem Scoringa[m] provincia perpessi, valde animo consternati sunt.

11. De qua egredientes, dum in Mauringam[4] transire disponerent, Assipitti[n] eorum iter inpediunt, denegantes eis omnimodis per suos terminos transitum. Porro Langobardi cum magnas hostium copias cernerent neque cum eis ob paucitatem exercitus congredi auderent, dumque[o] quid agere deberent decernerent, tandem necessitas consilium repperit. Simulant, se in castris suis habere cynocephalos[p], id est canini[q] capitis homines. Divulgant aput hostes, hos pertinaciter bella gerere, humanum sanguinem bibere et, si hostem

a) *ita* A *2. 2. *3. 3. C *1. D 1. F 1. 4. G 3. *Quod alii correxerunt*: inprimis A 5. D 3. 5. F 2. 5. G 2. I 1; primum B. G 5b. c; primo G 5a *et e corr.* F 3; primitus G 4 *et e corr.* F 1; primi F 3; primos C 4. b) Winilis F 1. G 1. c) appellati sunt E 1; appellatur F 1. d) bard A 2. *3. B 2. C *1. D 4. 5. F 1. 2. 3. G 1—5a. H 1; bar B 1. 1a. I 3; baro C 2; barad A 2a; bardi E 1. — lingua Langobardus longam barbam s. A *2; linguam i. longobarbam s. A. 5. e) significant F 1. G 1. 2. 3a. f) uuotan A *2; Wotam C 4; Wota C 2; Vodan F 2; Votan C *1. F 3; Vgodam B 1. 2; Gotan E 1. H 5a. I 3; Godan A 3b. H 1; Guodan G 5a; Guodant G 5b; Gwodan F 4; Godatan F 5; Goan D; Odan G 2 *et e corr.* F 1. g) adiectam litteram E 1; a. d. littera B 1. 1a. 2. I 3; o littera mutata in v Gudan I 2. h) Goddan B 2; Guodan G 5a; Guodin G *5; Gwodan F 2. G 5c; Gondan D 2. — quem deum d. G 5b. i) alterius A *3. k) Winilis F 1. l) penuria F 1; magna — penuria G 1. m) Scoringa *corr.* Scoringia G 2. n) Assipiti B 3. C 3. G 3. 4. H 3. I 3; Assipiti *superscr.* c B 1; Assipitti *corr.* Assipicti D 1; Assipicti B 2. C 2. E 1. H 1; Assipicii G 5c; Asipiati A 5; Assipite F 3; Hassipicti F 5. o) d. q. a. d. d. *des.* B. I 3; decernerent *deest* F 1. 4. G 1. 3. H 1. *Quod alii supplere volentes scribunt:* ignorarent F 1 *et* G 1 *e corr*, G 2; ambigerent G 4; haesitarent F 5. G 5; d. quererent q. F 2; d. dubitarent F 3. p) cenophales B 1; cy(i)nocephales A *3. G 3a. 5c. q) caninis F 1. G 1—4; caninis capitibus G 2.

1) *Cf. Isid. Etym. IX,* 2. 2) *E codicum vetustiorum lectione patet, primam vocabuli Wotan sive Uotan litteram cum sequenti conjunctam vocalis vim habere.* 3) *Haec ex fonte deperdito hausta cum Originis narratione Paulus conjunxit; quod ne historiae convenire putes, cave. Scoringa 'Uferland' interpretatus est Müllenhoff, Nordalb. Stud. I, p.* 141. 4) *Cf. Geogr. Rav. I,* 11: patria Albis Maurungani certissime antiquitus dicebatur. *Apud Anglosaxones Myrgingas dicuntur; cf. Leo, Beovulf p.* 51; *Müllenhoff l. l. p.* 140. *De Moringau Bluhme, Gens Lang. p.* 23, *cogitavit; Assipittos ad montem Asse prope Wolfenbüttel collocavit. Sed nomina valde sunt obscura, vix cum certis posterioris temporis locis conjungenda.*

adsequi non possint, proprium potare cruorem. Utque[a] huic adsertioni fidem facerent, ampliant tentoria plurimosque in castris ignes accendunt. His hostes auditis visisque[b] creduli effecti, bellum quod minabantur iam temptare non audent.

12[c]. Habebant tamen apud se virum fortissimum, de cuius fidebant viribus, posse se procul dubio optinere quod vellent[d]. Hunc solum pro omnibus pugnaturum obiciunt. Mandant Langobardis, unum[e] quem vellent suorum mitterent, qui cum eo ad singulare certamen exiret, ea videlicet conditione, ut, si[f] suus bellator victoriam caperet, Langobardi itinere quo[g] venerant abirent; sin vero superaretur ab altero, tum[h] se Langobardis transitum per fines proprios non vetituros. Cumque Langobardi, quem e suis potius adversus virum bellicosissimum mitterent, ambigerent, quidam ex servili conditione sponte se optulit, promittit[i] se provocanti hosti congressurum, ea[k] ratione, ut, si de hoste victoriam caperet, a se suaque progenie servitutis naevum[l] auferrent. *p. 54. Quid plura? *Gratanter quae postularat[m] sese facturos pollicentur. Adgressus hostem[n], pugnavit et vicit; Langobardis[o] transeundi facultatem[p], sibi suisque, ut optaverat[q], iura[r] libertatis indeptus[s] est.

13[t]. Igitur Langobardi tandem in Mauringam pervenientes, ut bellatorum possint[u] ampliare numerum, plures a servili iugo ereptos ad libertatis statum perducunt. Utque rata eorum haberi[v] possit ingenuitas[w], sanciunt more solito per sagittam, inmurmurantes nihilominus ob rei firmitatem quaedam patria verba[1]. Egressi itaque Langobardi de Mauringa, applicuerunt in Golanda[x. 2], ubi aliquanto[y] tempore commorati, dicuntur post haec Anthab[z] et Banthaib[a], pari

a) *hic incipit* A 1, *primo deperdito quaternione.* Atque ut B 1. F 2. G 1—4. 5a. c; Atque hic *corr.* Utque huic F 1; Ut. h. *des.* G *5; hic B 1. G 1. 3. 4. b) ipsisque F 1. c) *nulla capitis distinctio* A *3. 7. G 2. d) vellet C 4b. D 1a. I 1. e) ut u. D 3. F 2. G 5b. c, *e corr.* D 5 *et* F 4. f) *post add.* F 1. g) quod F 1. G 1. 2. 3; per quod F 2. h) tunc B. C. D. E. G. H. I; tum *corr.* tunc F 1. i) promittitque B 1. C *1. G 2; et promisit G *5. 5a; et *post add.* G 1. k) *folium excidit* H 4. l) nervum A *3. 3. E 1; nexum A 3c. G. H 1; iugum C 4b, *e corr.* F 1; in evum B 1; in ęvum *superscr.* iugum C *1; iugum in evum I 1. 1a; nomen A 5. m) postulaverat B 1; postularet A 2. F 1. I 1. n) cum hoste G 1. 2. *5. 5a. o) Langobardi A 1. p) *deest* F. G; viam t. G 3; aditum t. exhibuit F 2; facultate concessa A 5. — sibi *deest* C *1. q) optaverant F 1. G (*praeter* G 5a. b). r) iure A 2. 3. G 2. *Quod in archetypo fuisse crediderim.* s) adeptus A 5. B 1. 2. F 2. 3. G 5a *e corr.* t) 10. A *3, *et ita deinceps.* u) *ita* A 1. *3. 3. B 1; possit A 2; possent F. G, *alii.* v) habere A *2. F. G. H 4. w) *deest* C *1. x) Golandam G 3. 4; Goladam G 5b; Godolanda G 2; Rugolanda *e corr.* F 4; Rogolenda F 4; Rugolandam *corr.* Golandam F 2. y) per aliquod tempus c. fuisse d. G 5c. z) Anthaib A 3c. B. G 1—5; I 2. 3; Anthabus F 4; Anthabos F 2; Antabus F 5; Antab C *1. 2. D; Antaib I 1; Athab A 4. a) Bantaib G 5c; Banthaibus F 4. 5; Banthaibos F 2; Bantib H 1; Banthub D 5; Bantehub D 2; Bantub D *3a. 3; Bantab D 4; Banthcub C 2; Bantahib I 1; Banthocoh A 5.

1) *De hac manumissione in edicto nihil legitur. Cf. Grimm, R. A. p.* 162*; Christ, Disq. de rebus Lang. p.* 17. 2) *Redit Paulus ad Originem, ex qua sequentia sumsit. De nominibus Anthab (= Anthaib) etc. v. Zeuss p.* 472*; Grimm R. A. p.* 496*; G. d. D. Spr. p.* 686.

modo et Vurgundaib[a], per[b] annos aliquod possidisse[c]; quae nos arbitrari possumus esse vocabula pagorum[d] seu quorumcumque locorum.

14. Mortuis[e] interea Ibor et Aione ducibus, qui Langobardos[f] a Scadinavia[g] eduxerant[h] et usque ad haec tempora rexerant[1], nolentes iam ultra Langobardi esse sub ducibus, regem sibi ad ceterarum instar gentium statuerunt. Regnavit igitur super eos primus[i] Agelmund[k], filius Aionis, ex prosapia[l] ducens originem Gungingorum[m], quae aput eos generosior habebatur. Hic, sicut a maioribus traditur, tribus et triginta annis Langobardorum tenuit regnum[2].

15. His temporibus quaedam meretrix uno partu septem puerulos[n] enixa, beluis omnibus mater crudelior in piscinam proiecit[o] negandos[p]. Hoc si cui inpossibile videtur, relegat historias veterum, et inveniet, non solum septem infantulos[q], sed etiam novem unam[r] mulierem semel[s] peperisse. Et hoc certum est maxime aput Aegyptios fieri[3]. *Contigit itaque, ut rex Agelmund, dum iter carperet, ad[t] *p. 55.
eandem piscinam deveniret. Qui cum equo retento miserandos infantulos miraretur hastaque, qua[u] manu gerebat, huc illucque eos inverteret, unus ex illis iniecta manu[v] hastam regiam conprehendit. Rex misericordia motus factumque

a) Vurgundahib A 5. I 1; Vurgundaybus A *3. 7; Vurgurdaib D 3; Vurgandaib H 5a; Virgundaib C 3; Wirgundaib C 2; Virgandaib F 5; Virgudaib D 2; Vurconthaib B 1. 2. I 3; Gurconthaib B 4; Vurgundahiber A 5b; Burgundaib E 1. G 1. 2. *5. 5a. 7. I 2. L; Burgandaib F 1; Burgundahib G 3; Burgindahib G 4; Burgaindaib G 5c; Bugamdaib G 5b; Burgundaibus F 4; Burgandaibos F *2; Purgandaibos F 2. b) p. a. a. *des.* B 1. c) *ita* A 1; possedisset E 1; possedisse *ceteri.* d) paganorum D 2. 3. G 3a. I 1. e) mortuus A 1. E 1. F 1. G 3; mortuos A *2. f) Langobardi E 1; Langobardis F 1. G 1. 3. 4. g) Scandin. B 1, *alii*; Scatinavia F 2; Scladinavia H 1. h) adduxerant F 2. 3. G 2. 3. 4; adduxerat — rexerat F 1. G 1; abduxerant G 5; et — rexerant *des.* E 1. i) primum E. F. G; *deest* A 3. k) Agilmund A 2 *hoc loco*, G *5. 5a *const.*; Agelmun A *4; Agelmud E 1. F 3; Agelmundus B 2. C 1a. D 1a. 2. 3. F 5. G 6. I 1; Agilmundus G 5c. l) prosapiam F 1. m) Guningorum B 1. 2. I 3; Gunningorum K 1; Gunnigorum B 1a; Gungindorum A *4. B 2a; Gingingorum G *5; Gungincorum B 1a. D. I 1; Gungivorum G 5b; Cungingorum A 3c *e corr.*; Cuningorum F 5; Thuringorum L 1; Tungintorum L 2. n) pueros A 2; parvulos C 2. D 2. 3. G 5c. I 1, *alii.* o) proicit A 2. p) *ita pro* necandos A 1. *2. E 1. F 1. 3. G 3. q) infantes G 1. 2. r) una A 1. *2. *3. G 1; una mulier A 2. *4. s) *deest* G 5b. c. t) *post add.* F 1. u) *ita* A 1. *2. *3. F 1. G 1; q B 2; *deest* E 1; quam *ceteri.* v) manum F 1.

1) et u. ad h. t. rexerant *de suo addit Paulus ex conjectura, ut seriem regnantium efficeret continuam. Quod plane erroneum.* BE. 2) *Haec in Orig. frustra quaeras.* 3) *Haec Paulus a Plinio excerpsit lib. VII, cap.* 3, *de prodigiosis partubus.* Tergeminos, *ille*, nasci certum est Horatiorum Curatiorumque exemplo. Supra inter ostenta adducitur, praeterquam in Aegypto, ubi foetifer potu Nilus *etc.* BI. *Cf. Gell. X*, 2. *Toti huic de Lamissione narrationi repugnat, quod Lamissio in prologo Edicti Rotharis vocatur* ex genere Gugingus. *Orta videtur ex nomine. Cf. quae Leo, Beovulf p.* 31, *congessit.* BE.

altius[a] ammiratus, eum magnum futurum pronuntiat. Moxque eum a piscina levari praecepit, atque nutrici traditum omni cum studio[b] mandat alendum; et quia eum de piscina, quae eorum lingua 'lama' dicitur[1], abstulit, Lamissio[c. 2] eidem nomen[d] inposuit. Qui cum adolevisset, tam[e] strenuus iuvenis effectus est, ut[f] et bellicosissimus extiterit et post Agelmundi funus regni gubernacula rexerit. Ferunt hunc, dum Langobardi cum rege suo iter agentes ad quendam fluvium pervenissent et ab Amazonibus essent prohibiti ultra permeare, cum earum fortissima in fluvio natatu pugnasse eamque peremisse, sibique laudis gloriam, Langobardis quoque transitum[g] paravisse. Hoc siquidem inter utrasque acies prius constitisse[h], quatenus, si Amazon[i] eadem[k] Lamissionem superaret, Langobardi a[l] flumine recederent; sin[m] vero a[n] Lamissione, ut et factum est, ipsa vinceretur, Langobardis eadem permeandi fluenta copia praeberetur[3]. Constat[o] sane, quia huius assertionis series minus veritate subnixa est[o]. Omnibus etenim quibus veteres historiae notae sunt patet, gentem Amazonum longe[p] antea, quam haec fieri potuerint[q], esse deletam; nisi forte, quia loca eadem, ubi haec gesta feruntur, non satis historiographis nota fuerunt et vix ab aliquo eorum vulgata sunt, fieri potuerit, ut usque ad id tempus huiuscemodi inibi mulierum genus haberetur. Nam et ego referri a quibusdam audivi, usque hodie in[r] intimis Germaniae finibus gentem harum existere feminarum[4].

16. Igitur[5] transmeato Langobardi de quo dixeramus flumine, cum ad ulteriores terras pervenissent[s], illic per tem-

a) alitus G 1; *deest* G 2; f. tale a. G 5c. b) o. constudio B 2; o. custodia A *4. 5. C 2. E 1. F 2. I 1; o cum custodia F 3. G 2. c) Lamisio B 1. G *5. d) *posthaec in* A 1 *folium excidit usque ad cap.* 17 *fin.* de hostium exu. e) et iam A *2. 2; ita B. F 1 *e corr.* 2. 3. 4; eo C 1 — 3. D. I 1; adeo C 4. 5. I 2; *deest* F 5. G 1—5. H 1. f) *deest* G. H 1; extiterat — rexerat G 2. 6; extitit G 4. 5. H 1; et rexit C 3. F 2. G 4. 5. g) transitu *corr.* transitum F 1. G 1. 2. h) constitisset F 1. G 2; constituisset G 3. 4; constituerunt *e corr.* G 1. i) Amazona I 1. k) eundem A *3. 5. 6. C 1. E 1. F 2. 4. G 2. 5. H 1; eadem *corr.* eundem A *3. B 3; eodem G 3, *corr.* eundem G 1. l) ad F 1. m) si F 1. n) ad Lamisonem F 1; Lamissionem G 3. 4. o) Constat — est *des.* D. p) longe — potuerint *des.* C 2. q) potuerunt C. D; potuerit F 1. G 1. 3. 4. 5. 6. I 3; h. fierent B 1. r) *deest* A 2. 2a. *3. G 3. s) pervenisset F 1. G 1.

1) *Vocem etiam apud Festum reperies:* Lacuna, aquae collectio, a lacu derivatur, quam alii lamam, alii lustrum dicunt. LIND. *Cf. J. Grimm, G. d. D. Spr. S.* 694: '*aus keiner germanischen Sprache jetzt zu erläutern*'. *Sed fortasse cum verbo nostro 'Lehm' conjungendum est.* BE. 2) *Hanc nominis formam Paulus ex Edicto Rotharis sumsisse videtur.* Laiamicho *vel* Lamicho *Orig.* 3) *Modus bella dirimendi tunc non inusitatus; cf. Greg. Tur. II,* 2. 4) *De Kvenis haec intelligenda esse videntur; cf. Zeuss p.* 686. 5) c. 16. 17. *unde Paulus sumserit, non constat. Fortasse eandem secutus est narrationem, quam antea cum Origine conjunxit.*

pus aliquod commorabantur. Interea cum nihil adversi[a] suspicarentur et essent quiete longa minus[b] solliciti, securitas, quae semper detrimentorum mater est, eis non modicam perniciem peperit. Noctu denique cum neglegentia *resoluti *p. 56. cuncti quiescerent, subito super eos Vulgares[c] inruentes, plures ex eis sauciant[d], multos prosternunt, et in tantum per eorum castra dibachati[e] sunt, ut ipsum Agelmundum[f] regem interficerent eiusque unicam filiam sorte captivitatis[g] auferrent[h].

17. Resumptis tamen post haec incommoda[i] Langobardi viribus, Lamissionem[k], de quo superius[l] dixeramus, sibi regem constituerunt. Qui, ut erat iuvenili[m] aetate fervidus et ad belli certamina satis prumptus, alumni sui[n] Agelmundi necem ulcisci cupiens, in Vulgares arma convertit. Primoque mox proelio commisso, Langobardi hostibus terga dantes, ad castra refugiunt. Tunc rex Lamissio ista[o] conspiciens, elevata altius voce, omni exercitui[p] clamare coepit, ut obprobriorum[q] quae pertulerunt[r] meminissent[s] revocarentque ante oculos dedecus, quomodo eorum regem hostes iugulaverint, quam miserabiliter eius natam, quam sibi reginam optaverant, captivam abduxerint[t]. Postremo hortatur, ut se suosque armis defenderent, melius esse dicens, in bello animam ponere quam ut vilia mancipia hostium ludibriis subiacere. Haec et huiuscemodi dum vociferans diceret, et nunc min's nunc promissionibus ad toleranda[u] eorum[v] animos belli certamina roboraret; si quem etiam servilis conditionis pugnantem vidisset, libertate[w] eum simul cum praemiis donaret: tandem hortatu[x] exemplisque principis, qui primus ad bellum prosilierat, accensi, super hostes inruunt, pugnant atrociter, et magna adversarios clade[y] prosternunt; tandemque de victoribus victoriam capientes, tam regis[z] sui funus quam proprias iniurias ulciscuntur. Tunc magna de hostium exuviis[a] praeda potiti, ex illo iam tempore ad expetendos belli labores audaciores effecti sunt.

a) adversis F 1. G 1. 3; ad. nil G 2; ad. n. G 1. 4. 5; nihil *deest* G 3, *post add.* F 1, n. mali A 3. b) nimus A 2; numus G *5; nimis A 3. 3c; minus *corr.* nimis G 3; et longa B 1; sollicitus F 1; quieti l. nimis secur. sollicitis quae s. C 3. D 2. *3a. 3. 10, *et quibus* solliciti *deest* C 4. 5. D 1. 1a. 5. I 1. 1b; e. quieti sec. que semper H 1; essent quieti minus solliciti q. *corr.* e. q. minusque soll. securitas q. A 6, *et ita* A 5. c) Bulgares *plerumque* A 3. C. D. G 5b. c. d) *deest* G 2. e) *ita* A 2. 6. D 1. 1a. G *5; divagati F 5. G 4; divagatis ut G 1. 3; diu vagantes ut F 2. 3. 4. (*in* F 1 debachati sunt *rec. manu in loco raso*). f) Agelmund A *3. g) captivatam A 3. h) affererent F 1. G 1. i) incommodo F 1; hoc incommodum G. k) Lamisone F 1. l) *deest* D. I 1. m) iuveni F 1. G 1; iuvenis G 5. n) p. non aliud nisi C 4b. I 1; alium (*corr.* aliud) nisi C *1; a. s. *e corr.* D 1. o) ista — obprobriorum *des.* A 5a. p) exercitu A 3. C 1. 2. F 1. G 1. q) obprobria quae A 3b. c; opprobrium quod A 5. 6. F 2. G 2. 3. H 1; obprobrium quem F 1. 2. 4. G 1. 4. *Quod Paulum scripsisse putarim.* r) protulerant B 1. D 2. G 5c. s) memisniscerentur B 1; reminiscerent I 1. t) adduxerint A 4. F 1. 4. G 1. 3. 4. 5b. c; adduxerunt H 1; obduxerint A 5. 6. C *1; abduxerunt E 1. I 1. u) tolerandi A *3. v) *deest* G 2. — animo F 1. w) libertatem A 2. C 1. F 1. G 2. 3. H 1 (*ubi* ei); libertatis B 1; libertati B 2. 3. x) hortatum E 1. F 1? 4. G 1; hortati G 2. y) c(a)ede F 1 *e corr.*, G. z) regi F 1. a) *pergit* A 1; magni de h. e. facti G 5b. c.

18. Defuncto[1] post haec Lamissione, qui secundus regnaverat, tertius ad regni gubernacula Lethu[a] ascendit. Qui cum quadraginta ferme annos regnasset, Hildeoc[b] filium[c], qui quartus in numero fuit, regni successorem reliquit. Hoc quoque defuncto, quintus Gudeoc[d] regnum suscepit.

19. His temporibus inter Odoacar[e], qui in Italia[f] per aliquod iam annos regnabat, et Feletheum, qui et Feva[g] dictus est, Rugorum regem, magnarum inimicitiarum fomes exarsit[2]. Qui Feletheus illis diebus ulteriorem Danubii ripam incolebat, *p. 57. quam[h] a Norici[i] *finibus idem[k] Danubius separat. In his Noricorum finibus beati tunc erat Severini[l] coenobium[3]. Qui omni abstinentiae[m] sanctitate praeditus, multis iam erat virtutibus clarus. Qui cum hisdem[n] in locis ad vitae usque metas habitasset, nunc tamen eius corpusculum Neapolim[o] retinet[4]. Hic saepius hunc de quo diximus Feletheum eiusque coniugem, cui[p] vocabulum Gisa[q] fuit, ut ab iniquitate quiescerent, verbis[r] coelestibus monuit. Quibus pia verba

a) Letu A 2. 3, *corr.* Letus A *3; Lethunc A 5. 6; Letthuc B 1; Lettc̄ B 2; Lethuc G 2. I 3; Lethus G 3. L, *e corr.* A 3c. G 1; Leth E 1. F 2. 5; Lethii H 1. b) Gildeoc *corr. eadem manu* Hildeoc A 1; Hildehoc A 2. D 1. F 1. 4. 5. G 1—4. I 1; Hildeoch A 5. C 2. 3. G *5. 5a; Ildehoc B 2. E 1; Hildehohe G 5c; Hideoc H 1. Gildehoc F 2; Childehoc L. c) f. suum B 1. d) Gudehoc B 1. C 1. G 4. I 3; Godehoc A 2. *3. 7. D 2; Godeoc A 3. H 1. L 1 *et infra* A *3; Gudeoch C 2. 3. (Godeoch *infra* A 7); Gaudehoc D; Gedech A 5 (*infra* Ghodech); Godech A 6; Gedehoc F 2; Gedeon F 1 (*corr.* Godeoc). G 3; Godeon F 4. G 1. 2; Guodeon G 5a; Gudeon G *5. 5b (*et ita omnes* G *in indice*); Guodeo G 5c; Gudeos *infra* F 1. G 3; Gudeus *infra* G 1; Godeos *infra* G 4; Goden F 5. e) Odoachar A 7. B 1. C 3. D 2. F 2. 4; Odoacer A 6. F 5; Adoacer A 5; Odochar G 5b; Odachar G 5c; vel Odoacrum *superscr.* D 1. f) intra Italiam F. G. I 1. g) Feba B 1. F 1. G 1. 2. *5. 5a. I 3; Fava E 1; Faba G 3. 5b. c; Heba A 5. 5b. 6; Fleba B 2; Pheba F 3; Fethia I 1. h) qua A 2. i) q. honorici A 1; a nuorici B 1; noricis A *2. D 3. G 3a. *5; q. arrianicis D 2; onoricus sinus i. F 5; a norici *e corr.* F 1. k) id est B 2. 3. F 1. G. — Danubii *vel* Danuvii F 1. G 1. 2. 3. l) Seviriani F 1; Severiani G. I 2, *corr.* Severini I 1. m) abstinentia F 1. G. 1. 2. — sanctitatem A 2; sanctitati F 1. n) isdem A *2. C *1. 1 D 1. I 1. *G. Neap.*; eisdem B. F *2. 4. G 5. I 3; eiusdem E 1. F 1. 2. G 1. 3. 4. o) Neapolis B. D. G 5. I 3. p) cuius A 2? B 1. q) Gysa G 4; Gyso A 3; Giso *G. Neap.* r) verbum (?) *corr.* verbis F 1. G 1.

1) *Totum cap. ex Orig. sumtum.* 2) *Cf. Orig., quacum Paulus ea conjunxit quae in Vita Severini reperit. Ex hac etiam nomen Felethei sumsit, c.* 8. 3) *Eiferingen, ad radices montis Kalenberg, quarto a Vindobona lapide, ubi vestigia monasterii Lazius adhuc vidit.* BE. 4) *S. Severini Noricorum apostoli corpus anno sexto depositionis ejus, ut ait Eugippius, migrantibus in Italiam Romanis a Rugorum servitute liberatis, primum in Montem Feretrum, inde vero auctoritate Gelasii pontificis, petente illustri foemina Barbaria in castrum Lucullanum, et postremo infestantibus Campaniae litora Saracenis anno Chr.* 910. *Neapolim translatum, et in celebri monasterio S. Severini per Joannem abbatem solemni pompa conditum, ubi et adhuc religiose asservatur. Acta SS. Bolland.* BI. *Haec est causa, quod in codicibus monasteriorum inferioris Italiae, qui Acta continent sanctorum, saepius Vita invenitur Severini; v. Arch. V, p.* 47*; XII, p.* 380. 518. 527. 531.

spernentibus, hoc quod eis[a] postmodum contigit longe ante[b] futurum praedixit[1]. Adunatis igitur Odoacar gentibus quae eius dicioni parebant, id est Turcilingis[c] et Herolis Rugorumque partem[d], quos iam dudum possidebat[e], necnon etiam Italiae populis[f. 2], venit in Rugiland[g] pugnavitque cum Rugis, ultimaque eos clade conficiens, Feletheum insuper eorum regem extincxit; vastataque omni provincia, Italiam repetens, copiosam[h] secum captivorum multitudinem abduxit[i]. Tunc Langobardi de suis regionibus egressi, venerunt in Rugiland[k], quae Latino eloquio Rugorum patria dicitur, atque in ea, quia[l] erat solo fertilis, aliquantis commorati sunt annis.

20. Inter haec moritur Gudeoc[m]; cui successit Claffo[n], filius suus. Defuncto quoque Claffone, Tato[o], eiusdem filius, septimus ascendit ad regnum. Egressi quoque Langobardi de Rugiland[p], habitaverunt in campis patentibus, qui sermone barbarico 'feld'[q] appellantur. Quo in loco dum per trium annorum spatia morarentur, bellum exortum est inter Tatonem atque Rodulfum[r] Herolorum regem[3]. Quos[s] cum prius[t] foedera necterent, causa inter eos discordiae ista fuit[4]. Germanus Rodulfi regis ad Tatonem *serendae[u] pacis gratia *p. 58.
venerat. Qui cum expleta legatione[v] patriam repeteret, contigit, ut ante regis filiae domum, quae Rumetruda[w] dicebatur, transitum haberet. Illa multitudinem virorum nobilemque

a) eius F 1. G 1; ei G 2. 3. 4; in eis B 3. b) ante D 2. G 2. I 1 *G. Neap.*, *alii.* c) Turchil. *hoc loco* B 1; Turcilinguis D 1. I 1; Turciliguis G 3. 4; Turtilignis G 3. — Erolis A *3. d) *ita* A 1. 2. 3. 6. D 1. E 1. F 1. G 1 3. 4. 5b. I 1; partes quas G 3a; parte *alii.* e) possedebat G 1. H 1; possederat C 1. 2. 4. 5. D 1a. 3. 5. I 1. f) populi F 1. G 1. g) Rugilant A 3. G 1. 2. 3; Rugilandam B 1; Rugilanđ C *1; Rugilandum C 2. 3. D 1? (Rugiland: :). 2. h) copiosa — multitudine F 1. G 1. i) adduxit A 6. B. C *1. 2. D. F 2. G 3. 4. H 1. I 3. k) Rugilant A 3. F 5. G 2a. 5a; Rugilanđ D 1; Rugilandi A 4; Rugilanda C 2 3. F 1. G 1—4. H 1; Rugilandam B 1; Rugibandam A 6. — D 1 *in margine manu s. X. XI*: land germanice patria dicitur. l) qui A 1. 2; ut E 1. m) Godeoc A *3; Gudeus *hoc loco* G 1. 2; Gudeos G 3. n) Clafo G 4; Glaffo A 3 *constanter*; Calfo L 1. o) Tatto G 2. 5c; Tanto C 2. 3, *corr.* Tato D 1, *corr.* Tatto G *5. p) Rugilanđ D 1; Rugilanda B 1. 2. F 4. G 1; Rugibanda A 5. 6. q) felt A 3c. F 2; feldi A 5. 6; felo G 4; fel D 1a; feb F 5; fled H 1; velt L 2; weld C 5; Asfeld E 1. *Sigebert.* r) Ruodolfum A 3; Rudolfum E 1; Rodolfum G 5c; Rodulf G 1—4; Rudolf F 1. — Herulorum *hoc loco et semel post* A 1, *saepius* F 1 G 1, *alii.* s) Quos *corr.* Qui A 1; Qui A 3. F *2. G 5a. H 1. I 2; Quis G 2. 3. t) primitus I 1. u) feriende *corr.* serende E 1; ferend(a)e B. G. H. I 1. L; reddende *in loco raso alia manu* A 1. v) legationem F 1. — patria A 1. 2. F 1. w) Rumitr. B 1; Rummetruda F 2a. G *5; Remetruda G 4; Remetrudis C 2. 3.

1) *Vita c.* 40. 2) *Haec ex Historia Romana Paulus sumsisse videtur; neque tamen de Rugorum parte jam Odovacaris ditioni subjecta ibi est sermo. Reliqua Origini debet.* 3) *Hucusque Orig. sequitur.* 4) *Haec ex traditione populari narrat Paulus. Longe aliter Procopius B. G. II,* 14. *Interitum Herulorum post a.* 506. *ponendum, Manso, Ostgothen p.* 328, *docet ex epistola Theoderici eo anno ad Herulorum regem directa apud Cassiod. Var. III,* 3. *Eundem a.* 512. *non posteriorem fuisse, patet ex Marcellini chron.* BE.

comitatum aspiciens, interrogat, quis iste esse possit[a], qui tam sublime obsequium haberet. Dictumque illi[b] est, Rodulfi regis germanum legatione[c] perfuncta patriam regredi. Mittit puella[d], qui eum invitaret, ut[e] vini poculum dignaretur accipere. Ille[f] corde simplici, ut invitatus fuerat, venit; et quia erat statura pusillus, eum fastu[g] superbiae puella despexit[h], verbaque adversus[i] eum inrisoria protulit. At ille verecundia pariter et indignatione perfusus, talia rursus verba respondit, quae ampliorem[k] puellae confusionem adferrent. Tunc illa furore femineo succensa, dolorem[l] cordis cohibere non valens, scelus quod mente conciperat[m] explere contendit. Simulat patientiam, vultum exhilarat, eumque verbis[n] iocundioribus demulcens[o], ad sedendum[p] invitat, talique eum in loco sedere constituit, quo parietis fenestram[q] ad scapulas haberet. Quam fenestram quasi[r] ob hospitis honorem, re[s] autem vera ne eum aliqua pulsaret suspicio, velamine texerat pretioso, praecipiens atrocissima belua[t] propriis pueris, ut, cum ipsa quasi ad pincernam loquens 'Misce' dixisset, illi eum a tergo lanceis perforarent. Factumque est; et, mox[u] crudelis femina signum dedit, iniqua[v] mandata perficiuntur, ipseque vulneribus transfixus in terram[w] corruens expiravit. Ea cum Rodulfo regi nuntiata fuissent[x], tam crudele germani funus ingemuit, dolorisque inpatiens, ad ulciscendam fratris mortem exarsit. Foedusque[y] quod cum Tatone pepigerat inrumpens[z], eidem bellum indixit[a]. Quid plura? Conveniunt utrorumque in campis patentibus acies. Rodulfus[b] suos in pugna[c] dirigit; ipse in castris resedens[d], de spe victoriae nihil ambigens[e], ad tabulam ludit. Erant siquidem tunc Heroli bellorum usibus[f] exerciti multorumque iam strage notissimi.

a) posset G 2. I 1. b) illis F 1; est illi B 1. G 2. c) legationem A 2. F 1; perfuncto B 1. F 1? d) puellam A *4. B 1. D 1. E 1. G 1. 3. 5a. b. I 1. 2; puella *corr.* puellam G 2. — qu(a)e B 1. 2. G 2. 5a. b. I 1. 2, *e corr.* A 2? D 1. G 1. — eam *corr.* eum F 1. e) ut — simplici *des.* D 2; ut v. *des.* F 1; i. uni p. G 1. f) I. ergo B 1. g) fausto G 1, *corr.* fastu F 1. G 2; fato G 3. h) dispexit F 1. G 2. 4. i) adversum F 1. k) ampliore confusione F 1. l) et d. G 2. m) *ita* A 1. 2. B 2; conciperet F 1. G 3; conceperat *ceteri.* — expleret F 1. n) eaque verba F 1. G 1. 2. 3. o) *deest* A *3. p) rediendum G 1. 2; prandium G 5. q) fenestra E 1; fenestras F. G (*praeter* G 5a). — ad sc. *des.* G 2. r) *deest* B 1. s) re *e corr.* F 1; r. a. v. *des.* G; illa verita *add.* F 4. G 5a. t) verba C. D. E 1. F 2. H 1; velba *corr.* verba F 1. u) ut mox A *3; et ut mox A 3; et mox ut B. C *1. D 1 *e corr.*; et *deest* C 5. — crudelissima C 4. v) iniquaque A 5; in qua (?) *corr.* ilico F 1; in quo F 5. G 1—*5. 5a. c; iniqui G 5b; illique F 4. — perficiunt F. G. w) terra F 1. x) Ea (Et G) c. R. r. nuntiatum fuisset (fuis | isset F 1; fuit G 5b) F 1. G. y) que *deest* A *3. z) irrupit eidemque D 2. 3. a) induxit B 1. G 4. b) Rodulfo A 1. c) *ita* A 1. F 1; pugnam *ceteri.* d) *ita* A 1. F 1; residens B 1. G 1. 2, *alii.* e) ambiens B 1a. C *1. 4b. 5. D 1. E 1. G 2. 3. 4. *5. 6. I 1. 3. *Quod in archetypo fuisse putarim*; dubitans H 1. f) lusibus C 5; sibi F 1. G. — exercitu F 1; exercitus F 5. G 3. 4. 5; exercitui *corr.* exercitati D 1; exercitati A *3 *et* *4 *e corr.*, B. C 5. D 11. G 2 *e corr.* 6; b. sive exercituum F 1 *e corr.*, *et ita* F 2. 3. 4.

Qui, sive[a] ut expeditius bella gererent, sive ut inlatum ab hoste vulnus contemnerent, nudi pugnabant, operientes solummodo corporis verecunda[b]. Horum itaque viribus rex indubitanter fidens, dum ipse securus ad tabulam luderet, unum e[c] suis in arborem, quae forte aderat, ascendere iubet, quatenus ei suorum victoriam celerius[d] referret, comminatus eius[e] se caput abscisurum, si Herolorum aciem[f] fugere[g] nuntiaret. Is cum Herolorum flecti acies et a Langobardis eos opprimi conspiceret, interrogatus a rege saepius, quid Heroli gererent, eos optime pugnare respondit[h]. Nec prius malum quod cernebat, loqui non[i] audens, aperuit, quam universae acies hostibus terga praeberent. *Qui, licet sero, *p. 59. tandem in vocem[k] erumpens: 'Ve tibi', inquit, 'misera Herolia, quae caelestis Domini plecteris[l] ira'. Ad haec verba[m] commotus rex ait: 'Numquid fugiunt Heroli mei?' At ille: 'Non', inquit, 'hoc ego, sed tu rex ipse dixisti'. Tunc, ut in talibus fieri adsolet, rex ipse et omnes perturbati, dum quid agerent haesitarent[n], supervenientibus[o] Langobardis, graviter caeduntur. Rex quoque ipse nequicquam fortiter faciens, extinctus est. Herolorum vero exercitus dum hac[p] illacque diffugeret, tanta super eos caelitus ira respexit, ut viridantia[q] camporum lina cernentes[r], natatiles esse aquas putarent; dumque quasi nataturi brachia extenderent, crudeliter[s] hostium feriebantur a[t] gladiis[1]. Tunc[u] Langobardi, patrata victoria[v], ingentem, quam in castris reppererant, inter se praedam[w] dividunt. Tato vero Rodulfi vexillum, quod[x] bandum[y] appellant, eiusque galeam, quam in bello gestare consueverat, abstulit. Atque iam ex illo tempore ita omnis Herolorum virtus[z] concidit, ut ultra super se regem omnimodo[a] non haberent[2]. Iam hinc Langobardi ditiores[b] effecti, aucto de diversis gentibus, quas superaverant[c], exercitu,

a) sive — gererent *des.* A 3, *ed. pr.* b) verecundiam B 1. D 2. 3. c) exuis B 1; ex D 3; de s. F. G. I 1. d) *post add.* F 1; *deest* F 5. G. — refereret F 1; referreret G 1. 3. e) *deest* A 3; ei B; eum F1. f) acie F 1; aciae G 1; aciȩ G 3. g) fugire G 3. 4; H. a. f. n. I. c. *des.* G *5. h) *deest* F 1. 5. G 1. 3. 4; ait *post add.* F 1. G 1; dicebat G 5a. b. i) *delevit* E 1; *deest* C. D. G 5b; non valens G 3. 4. k) voce C 2. G 1. — rumpens F 1. l) flecteris B 1a. C 4b. 5. D 1 (*corr.* plect.). I 1. m) *deest* D 2. 3. n) *deest* G 3; *post add.* D 1; nescirent C 2. o) supervientibus A 1. p) hanc *corr.* hac E 1; has F 2. — illaque B 2. 3. F 2. G 4. I 3; illucque A *3. — huc illucque G 3 q) viridantia *corr.* viridentia A 1, *et ita* H 4; virentia G 4. r) cernens F 1. G 1—4. I 1; *deest* A 5. 6; n. e. a. p. d. *des.* C 2; lina c. n e. a. p. d. *des.* C *1. D 1 (*post suppl.*). s) dum c. C *1. t) *deest* A 5. C 3. G 2. 2a. 5. H 1. I 2 (*in* D 1 *a corr. del.*). u) Tum A 1. 2. v) victoriam B 1. — ingente F 1. w) preda B 1. F 1. G 1. x) quem D 3. *3a. 5. F 4; quando F 1; quam F 1a. G 1. 2. — gestarent F 1. y) bandan G 2; bannum G *5. 5a. b; blandum C 5. D 3. z) virtutibus A 2. a) omnino A 2? G *5. *ed.* b) auditiores *corr.* audatiores D 1; audaciores C 2. c) superaverunt B 1; superarant A 3. *3 G 1. 2; superant F 1.

1) *Cf. Grimms Märchen Nr.* 149. BE. 2) *Haec ex Orig.*

ultro coeperunt bella expetere[a] et virtutis gloriam circumquaque protelare.

21[b]. At[c] vero Tato post haec[d] de belli triumpho non diu laetatus est. Inruit namque super eum Waccho[e], filius germani sui Zuchilonis[f, 1], et eum ab[g] hac luce privavit[2]. Conflixit quoque adversus Wacchonem Hildechis[h], filius Tatonis; sed superante Wacchone devictus, ad Gepidos[i] confugit, ibique profugus ad vitae fine[k] usque permansit. Quam ob causam Gepidi cum[l] Langobardis extunc[m] inimicitias contraxere[n]. Eodemque tempore Waccho super Suavos[o] inruit eosque suo dominio subiugavit. Hoc si quis mendacium et non rei existimat veritatem, relegat prologum edicti, quem rex Rothari[p] de Langobardorum legibus conposuit, et *p. 60. pene in omnibus hoc codicibus, sicut *nos in hac historiola[q] inseruimus[r], scriptum repperiet. Habuit autem Waccho uxores tres, hoc est primam Ranicundam[s], filiam regis Turingorum[t]; deinde duxit Austrigusam[u], filiam regis Gepidorum, de qua[v] habuit filias[w] duas: nomen uni Wisegarda[x], quam tradidit in

a) expeterent F 1. b) *nulla capitis distinctio* G 3. c) Ad A 1. C *1 d) h. (hoc G 4, *corr.* hunc G 2; hunc F 2. G *5. 5a. b) b. triumphum (triumphu G 2) F. G. e) *ita* A 1 *const.*, A 2. G 3 *plerumque*; Wacho B. C. D, *alii*; Walcho F 1. G 1. 2 *hoc loco*; Wacco H 1; Guacco A 5; Pacho *plerumque* D 3. f) Zucchilonis F 4. G 1. 5a; Zuahilonis G 2; Zuachilonis G *5; Zacchilonis F 1; Zachilonis F 2. 5; Gucchilonis G 3; Guahilonis G 4; Truchilonis A 3; Tuchilonis A 5. 6; Luchilonis B. I 3; Hucilonis A 7. g) *del* G 2; *deest* G *5. h) Hildehis E 1; Childechis A 2. D 3 4. 5; Hildichis G 4. *5. 5a; Hilchis B 1. 2; Ildichis F 1. G 1. 2. 3; Hisdechis H 1. i) *ita plerumque* A 1, *alii*; Geppidi *saepius* B 1. D. I 3; Gipedi *nonnumquam* A 1; Gepiti *et* Gebidi (*ita et* Gibidi *etiam* B 1) *infra* G 1. 3. k) *ita* A 1. E 1; finem *ceteri.* l) *deest* G 1. 2. 2a. 5; *post add.* F 1. m) *deest* A 3. n) contraxerunt. Eodem quoque B 1. o) Suevos *e corr.* D 1. *plerique* C. D. F 4. I 2, *alii.* p) Lothari A 2. *4; *alibi* Rothari, Rottharit, *semel* Rotcari; Rotharit C 3. D 1 *e corr.* I 1; Rotthari E 1. F 1. G 1. 3. 4 *aliquoties*; Rotharius D 2. G 5c; Crotthari G 2; Rutihen F 5. q) storiola F 1. G 1; historiala D 1. G 2; istoria G 3. r) *deest* F 1. G 1—4. H 3; edicimus G *5. 5c; edidimus G 5a; dicimus G 5b; scribimus *post add.* F 1. s) Ranigundam A *3. G 5a *et infra omnes fere*; Ranichundam A 3; Raingundam H 1; Rinigundam G 3. 4; Radicundam B 1. 2. G 1. I 1. 3; Radicundiam G 2; Ramecundam A 5. 6; Radegundam G 5b; Ranidinda F 5. t) Thur. G 2, *alii*; Stur. F 1. u) *ita* A 1; Austrigosam A 2. 3. 5. 7. C. D. E 1. H 1. L 1; Aurigosam B 1. 2. I 3; Hostricusam F 1. G 1—5; Hostricosam F 2. 3. 4. v) quo G 1. 4. w) duas filias A 2. B 1. D 2. x) Wisagarda A 2. B 1; Wisigardam B 2. E 1; Wisigart G 5a; Wisegart G 5c; Guisegarda A 5. 6; Guiselgarda L 1; Wiselgarda L 2; Pisgarda D *3a. 3. 4. 5; Pisegarda D 2.

1) *Cum his, quae ex Orig. sumta sunt, conferas quae Procopius De b. G. III*, 3. 35. *IV*, 27. *narrat. Paulus post Tatonem, quem septimum dixerat Langobardorum regem, octavum numerat Waltarim, exploso, ut in prologo legum a rege Rothari editarum, Wachone, qui non legibus patriis, sed vi regnum abripuerat, occiso patruo suo Tatone, atque Hi delchi, Tatonis filio, seu verius nepote, in fugam ad Gepaedes acto.* BI *Neque in Orig. Wacho* regnasse *traditur.* BE. 2) *Paulus Originis verba:* Occidit Wacho, filius Unichis, Tatonem regem barbanem suum cum Zuchilone *male interpretatus est.* BE.

matrimonium Theudiperto[a] regi Francorum; secunda[b] autem dicta est Walderada[c], quae sociata est Cusupald[d], alio regi Francorum, quam[e] ipse odio habens, uni[1] ex suis, qui dicebatur Garipald[f], in coniugium[g] tradidit. Tertiam[h] vero Waccho uxorem habuit Herolorum regis filiam nomine Salingam[i]. Ex ipsa[k] ei natus est filius, quem[l] Waltari[m] appellavit, quique[n], Wacchone mortuo, super Langobardos c. 540.
iam octavus[o. 2] regnavit. Hi[p] omnes Lithingi[q] fuerunt. Sic[3] enim[r] aput eos quaedam[s] nobilis prosapia vocabatur.

22. Waltari ergo[t] cum per septem[u] annos regnum tenuisset[4], ab hac[v] luce subtractus est. Post quem nonus[w] Audoin[x] regnum[y] adeptus est. Qui non multo post tempore c. 546.
Langobardos in Pannoniam[z] adduxit[5].

a) *ita* A 1; Theutiperto E 1; Theudeperto A '2. 3; Theodeperto A 2. F 1; Theodoperto F 5; Theodeberto B 1. C 2. D 2. 3. F 4. G 1. 2. 4. 5b; Teodeperto A '3; Teudeperto G 3; Teudeberto C '1. I 1; Theudeberto G 5a. c. D 4. 5. H 1. *Neque codices in hoc nomine scribendo sibi constant*; *e. gr.* G 2 *etiam* Teudeperto, Theudeberto *scribit, immo semel* (II, 2) Thiadbert. b) secunda — Francorum *des.* A 1; *post suppl.* D 1. c) Waldarada G 4; Walderata C '1; Waldrata G 5c; Waldrada F 5; Wanderada A 2. E 1; Wandarada A '4; Palderada D 4. 5; Palderata D 2. 3; Gualderata C 3. d) Cusupaldo G 2. F 1 *e corr.*; Cusubald A '2. '3. 3. 7. G '5. L 2; Cusubaldo B 1; Cusabaldo G 5b. c; Cumsubald A 2. '4; Consubaldo A 5. 6; Cusubardo B 2; Cusuald E 1. H 1; Chusual C 3; Cusual C '1 I 1; Cuswald C 4b; Cusuphald G 3; Cusupbald G 5a; Chusupald F 2; Teotbald D 1; Theotbald D 1a; Theodebaldo D 2. '3. 3. 4. 5. e) quem A 1; quam – tradidit *post add.* F 2, *des.* F '2; — ipse *deest* F. G. H 3; q. hodie F 1; — hab. u. *des.* F 5. f) *ita vetustiores codices hoc loco et plerumque*; Garipalo *hoc loco* A 3, *alibi* Gariobald; Garipaldus B 1; Garibald *plerique* D (*cf. infra* IV, 39). g) coniugio E 1. F. G 1—4. I 2. h) tertia F 1. G 1. 4. i) Salinguam E 1. G 4; Saligam C 4b. k) ipsam n. F 1. l) que(ae) F 1. G 1. m) Vultari (uultari) A 1 (*post* ultari). G '5; Vulthari F 4; Walthari C 2. G 1. 2; Walttari F 1; Waltharium G 5b; Walteri F 2. 5; Waltari *corr.* Waltariht D 1; Waltarith D '3a. 3. 4. 5; Paltharit D 2. n) qui quid (?) *corr.* quique F 1; qui iam G 1—4, *ubi postea* iam *deest*; quique iam . . . iam oct. I 1. — Wachonem F 1. G 1. o) nonus B 1. 2. p) homnes *corr.* hi omnes F 1; hi *deest* F 2. 3. 5. G 1—5; isti F 4. q) Litingi A '2. 5. 6. E 1. H 1; Litingui A 5b. H 5; Lothingi D 3; Latingi F 1 (*superscr.* vel adalingi). G 2. 3 (*corr.* Latini) 4. '5. 5a. 6; Latini G 3a; Latini a rege Latino dicti sunt (fuerunt G 5b) G 5b. c; adalingi B. I 3. K 1. r) etenim A 2. '3. '4. B 1. D 2. 3. E 1. s) quendam C '1. D 1. G 1. 3; quandam G 2. t) filius Wachonis *add.* B 1. 2? 3. u) quatuor B 2. 3; c. septem annorum G. v) *deest* F 1. G 1. 2. w) decimus B 1. 2. 3. x) Audan C '1. 2 (*postea* Aldoni). D 1. I 1; Auduin *saepius* G 1. 3. 4. 5; Audohin *et* Auduin, *postea* Audoin F 1; Odwini G 2 *const.*; Otwini I 1a *const.* y) *deest* G 2. 2a. z) Panoniam G 1; Panonia F 1. G 3; Pannonia B 1. 3.

1) uni ex suis qui dicebatur *Paulus adjecit, non animadvertens, de Garibaldo Bajoariorum duce esse sermonem. Cf. Gregor. Turon. IV*, 9. 2) *Cf. p.* 68 *n.* 1. 3) *Haec Pauli sunt verba.* 4) *Waltari locus datur in regiis fastis a Paulo, itemque a rege Rothari, exploso patre Wachone, non alia, ut opinor, ex causa, nisi quod puerulus iste regiae Claffonis prosapiae princeps, etsi adnitente patre regnum per vim obtinuerit , vivo adhuc Hidelchi, ut Procopius refert citato cap.* 35, *jure patriisque legibus confirmatum sub Audoini tutela, brevi licet spatio, administraverit.* BI. 5) *Omnia ex Orig., sed* non multo post tempore *Pauli additamentum. — Cf. Procop. de b. G. III*, 33.

*p. 61. *23. Gepidi[1] igitur ac Langobardi conceptam[a] iam dudum rixam tandem parturiunt, bellumque ab utrisque partibus praeparatur. Commisso itaque proelio, dum ambae acies fortiter dimicarent et neutra[b] alteri cederet[c], contigit, ut in ipso certamine Alboin[d], filius Audoin, et Turismodus[e], Turisindi[f] filius, sibi obvii fierent. Quem Alboin spata percutiens, de equo praecipitatum extincxit. Cernentes Gepidi, regis filium, per quem magna ex parte bellum constiterat, interisse, mox dissolutis animis fugam iniunt[g]. Quos Langobardi insequentes acriter sternunt. Caesisque quam plurimis, ad detrahenda occisorum spolia revertuntur. Cumque peracta Langobardi victoria ad sedes proprias remeassent, regi suo Audoin suggerunt, ut eius Alboin conviva fieret, cuius virtute in proelio victoriam cepissent[h]; ut, qui[i] patri[k] in periculo, ita et in convivio comes esset. Quibus Audoin respondit, se hoc facere minime posse[l], ne ritum gentis infringeret. 'Scitis', inquit, 'non esse aput nos consuetudinem, ut regis cum patre filius prandeat[m], nisi prius a rege[n] gentis exterae arma suscipiat'.

24. His Alboin a patre auditis, quadraginta solummodo secum iuvenes tollens, ad Turisindum, cum quo dudum[o] bellum gesserat, regem Gepidorum, profectus est, causamque qua[p] venerat intimavit. Qui eum benigne suscipiens, ad suum convivium invitavit atque ad suam dexteram, ubi Turismodus, eius quondam filius, sedere consueverat, collocavit. Inter haec dum varii[q] apparatus epulas caperent, Turisindus iam dudum sessionem filii mente revolvens natique funus ad[r] animum reducens[s] praesentemque peremptorem[t] eius loco resedere[u] conspiciens, alta trahens[v] suspiria[w], sese

a) concepta — rixa F 1. G 1. 2; concepta G 3a. b) ne ultra A 2. B 2. G 3. *5; ne alter A 3. c) caderent E 1. F 1. 4. G 1—4. *5. d) Albuin F 1. 5. G 1. 3. 4. 5. 6; Albwini G 2 *const.* e) Thurism. G 2, *alii.* f) Turisendi A 3. *3 *et postea* I 1, *alii*; Thurisindi C 2. D 2. F 5. G 2. 5b. c; Turissindi D 3. 4; Turisingi H 1; Torisindus G 4 *infra semel.* — regis *post add.* F 1. g) *ita* A 1. 2. 3. B 1. F 1. G 1. 3a, *alii*; inniunt G 3; ineunt G 2. I 1, *alii* — in f. vertuntur G 5c, *ubi* Quos -- sternunt *des.* h) concepissent A 2; cepisset A 5. G 1. 4. *5. I 1. 2; cępisse G 3. 3a; c. v. (virtate F 1) in pr. virtutem cepissent F 1. 2. 5; c. in pr. virtute c. F 4. G 1. 3. 3a. 4; c. in pr. virtutem c. G 2. *5. 5a. c; suscepissent C 4b; cuius — esset *des.* C 1—3. 5. D. i) que A 1. 2. 5. 6. B 1 (q). C 4b. E 1. F 1; quomodo G 5a; sicut *post add.* F 1. k) par G *5. 5a. b; par fuerat I 1b. — in praelio G 5c. l) posset F 1. G 1. m) pranderet G 1. 2. — ut r. f. cum A *3. n) agere F 1 (*corr.* a rege); ageret G 1 (*corr.* a rege ut); a rege *e corr.* G 2; ut hoc agere possit extera G 4. o) *deest* B 1; c. quodam F 1. p) quam F 4. G 1. 3; propter quam G 2. 4; pro qua G 1 *e corr.*, G *5. 5b. I 1. q) varios apparatus epularum G 2; varias apparatas epulas G 3a. r) f. animum ad memoriam B 1; ad memoriam B 2. s) ducens F. G. t) redemptorem A 2. u) sedere A *3. v) retrahens A 2; t. a. pectore s. B 1. w) *incipit* C 1, *primo quaternione deperdito.*

1) *Haec ad bellum inter Langobardos et Gepidos gestum, de quo Jordanis de R. S. p.* 122 *(Gruter) agit, pertinere videntur. Cf. praeterea Procop. III,* 33 *sq. IV,* 18 *sq., qui de tribus bellis refert.* BE.

continere non[a] potuit, sed tandem dolor in voce[b] erupit: 'Amabilis', inquit, 'mihi locus iste est[c], sed persona quae in eo residet satis ad videndum gravis[d]'. Tunc regis alter qui aderat filius, patris sermone stimulatus, Langobardos iniuriis lacessere coepit, asserens eos, quia a suris inferius[e] candidis utebantur fasceolis, equabus quibus crure[f] tenus pedes albi[g] sunt similes esse, dicens: 'Fetilae[h] sunt equae, quas similatis[i]'. Tunc unus e Langobardis ad haec ita respondit: 'Perge', ait, 'in campum Asfeld[k], ibique procul dubio poteris *experiri, quam valide istae[l] quas equas nominas praevalent[m] calcitrare; ubi sic tui dispersa sunt ossa germani quemadmodum vilis iumenti[n] in mediis pratis'. His[o] auditis, Gepidi confusionem ferre non valentes[p], vehementer in ira[q] commoti sunt manifestasque[r] iniurias vindicare nituntur; Langobardi econtra parati ad bellum, omnes ad gladiorum[s] capulos[t] manus iniciunt. Tunc rex a mensa prosiliens, sese in medium obiecit suosque[u] ab ira belloque[v] conpescuit, interminans primitus[w] eum puniri, qui primus pugnam[x] commisisset; non esse victoriam[y] Deo placitam, dicens, cum quis in domo propria hospitem perimit[z]. Sic denique iurgio conpresso, iam deinceps laetis animis convivium[a] peragunt. Sumensque Turisindus[b] arma Turismodi filii sui, ea Alboin tradidit, eumque cum[c] pace incolomem ad patris regnum remisit. Reversus ad patrem Alboin, eius dehinc[d] conviva effectus est[e]. Qui dum cum patre laetus regias delicias caperet, ordine cuncta retulit, quae[f] illi aput Gepidos[g] in Turismodi[h] regia[i] contigissent. Mirantur qui aderant et laudant audaciam[k] Alboin, nec minus adtollunt laudibus[l] Turisindi maximam[m] fidem.

*p. 62.

a) c. ultra non valens B 1. b) vocem A 3. C *1. 4. 5. F 2. G 2. 5c. I 1. c) *deest* D 2. *3. 3. d) *deest* C 1; g. est F. G. I 2. e) *deest* D; assuris *corr.* a suris F 1. G 1; ausuris *corr.* a suris A 2. G 3; a *post add.* D 1. f) crurum G 2. g) *deest* G 4; illis G 1. 2. 3. — sunt *deest* F (*post add.* F 1). G; quibus sunt G 5a. c. h) *ita* (= foetulae) A 1. *2. 2 (*corr.* fetiles). *3. 3. 7; fetiles A 5. 6. E 1. F 1. 4. G 1. 2. 3. 5a. H 5a. I 2; fetite C *1; fetule C 4b. 5; fecile D 1, *corr.* fetide D *3a; fecule D *3; fetide B (B 3 *e corr.*). D 3. 4. 5, *e corr. etiam* F 2. G 1; fert ille C 1; fertiles C 2. G 3a. 4. *5. 5b. c. H 1; facile D 1a. 2; faciles F *2; felices I 1. i) simulatis G 1. 3. 4. I 1. 2; similasti B 1. k) Affeld C 5. F 2. G 2; Affelt D 3. I 2; Afeld G 5b; Hasfelt C 2; Feld B. D 2. l) isti A *2. B. C 2. G 1. 2. 3a. 4. *5. 5a. b. H 1. — quos B 1. m) *deest* B 1, *ubi in quaternionis primi fine* calcitrare — pratis *alia manu suppleta sunt.* n) iumentis F 1. G 1. o) Igitur his *alia manu in secundo quaternione pergente* B 1. p) quam a Langobardis perpessi fuerant *add.* B 1. 2. q) iram G 5b. c; v. ita G 3. r) manifestiusque G. s) gladium F 1. 4. G 1. 3; gladii G 4. t) capulas C 1. 2. D 2. G 2. I 2. u) suos A 3. G 3. v) *deest* C 1; que *deest* A 3. w) prius A 2. x) pugna F 1. G 1. y) victoria — placita F 1. z) peribit A 2; perimat G 2; perhimet G 1. 3; perimeret G 4. a) consilium F. G. b) Turisendus *hoc loco et infra* A 1. B 1. D 1; Turinsindus G 3. c) in G 2; c. p. *des.* F 1. d) eiusdem hinc A 5. 6. C. D. E 1; eiusdem abhinc c. C *1; eiusdemque c. F. G. e) *deest* C 1. 2. f) qui F 1. G 3; quid F 4. G 1. 2. g) Gepidis F 1. h) Turis(s)indi A 5. C 4b. D 2. 3. F 2. H 1, *e corr.* D 5. F 1. I 2; Turismundi *corr.* Turismodi D 1; *deest* I 3. i) regione G; regia aula C 5; convivio H 1. k) audacia B 1. l) *deest* F. G. m) maxime F 1. G 4; maximae G 1. 3; magnam C 2.

25. Hac tempestate Iustinianus augustus Romanum imperium felici sorte regebat. Qui et bella prospere gessit et in causis civilibus mirificus extitit. Nam per Belisarium[a] patricium Persas fortiter[b] devicit, perque[c] ipsum Belisarium Wandalorum[d] gentem, capto eorum rege Gelismero[e], usque ad internitionem delevit[1] Africamque[f] totam post annos nonaginta et sex[g] Romano imperio restituit[2]. Rursumque Belisarii viribus Gothorum in Italia gentem, capto[h] Witichis[i] eorum rege, superavit. Mauros quoque post haec[k] Africam[l] infestantes eorumque regem Amtalan[m] per Iohannem exconsule[n] mirabili virtute protrivit[o, 3]. Pari etiam modo et alias gentes belli iure conpressit. Quam ob causam propter horum omnium victorias, ut Alamannicus, Gothicus[p], Fran-
*p. 63. cicus, Germanicus, *Anticus[q], Alanicus[r], Wandalicus Africanusque diceretur, habere agnomina[s] meruit[4]. Leges quoque Romanorum[t], quarum prolixitas nimia[u] erat et inutilis dissonantia, mirabili brevitate correxit. Nam omnes constitutiones principum, quae[v] utique multis in voluminibus habebantur, intra duodecim libros coartavit eodemque[w] volumen codicem

a) Bilisarium A 5. 6. G 1. 2. *3 (*ubi hoc exstat capitulum*). 3. 4. *5. 5a. b. I 2; Vilisarium E 1; Bellisarium C 4b. D 1a. *3a. b) *deest* G 3. c) per quem F 1. G 1. d) Wandolorum F 1. G 1; Wandelorum G 4; *in codice* G *5 *sequentia usque ad* Neapolim (II, 5) II, 23. *inseruntur, codicis, quem secutus est, quaternione falso loco a biblopega posito.* e) Gelismelo A *3. f) Affr. G 3. 4, *alii.* g) VII. F 2. I 3. h) gentem capta D 1. G 4; gente capta C *1. 1. 2. i) Withichis A 3; Uutichis A *3; Withicis C 2. 4b. 5. D 2; Witigis D 3. 4, *e corr.* D 5; Witachis B 1; Wintichis E 1; Vintichis F 3; Witichisi F 1. 5; Withichisi F 4; Witihisi G 5c; Withigiso G 2; Withisi G 1. *3. 3. 5a; Wittisi G 4; Wilticis H 1. k) hoc F 1. l) Africa B 1. m) Antalan D *3a. 3. 4. 5; Amtalon A 5. 6; Amtalam C 1. 2. D 1a. H 1; Amtalem E 1; Amthalam G 3. 4; Attalam *e corr.* F 1, *et ita* F 2. 3. G 5c; Atthalam G 3a; Ampthalam F 5; Attilam F 4. n) *ita* A 2. C 1. 4b. 5. F 1; exconsulem A 1. G 1. 2, *alii*; proconsulem F 4; consulem G 3. 4. o) protrivit — belli *des.* G 3. 4. p) G. Fr. Germ. Anticus *des.* G 3. 4. L; G. Fr. Germ. *des.* C. D 1 (*ubi* Goth. Fr. *post add.*); Fr. Germ. *des.* D 2—10. I 1c; Germ. *deest* D 1a, *ubi ita legitur*: Alam. Ant. Alan. Goth. Franc. Wand. Afr. q) Alticus A 5. 5b. 6. C 5; Articus E 4, *corr.* Anticus D 5; Atticus D 3. 4. 5. 8. F 2. 3. 4. G 5; Antiquus D 2. *3. 4. 4a. 9. 11. I 1; Antiquis C *1. 1. 2. D 1. 1a; Antiquos A *2. r) *deest* A 3c. E 1, *ubi ita legitur*: Alam. Wand. Goth. Franc. Germ. Ant. Afric.; Abanicus F 1 (*corr.* Avaricus); Abbaricus F 2; Abariaticus F 5; Ibanicus F 4. G 2. *3. 3. 4. 6; Ibonicus G 5b. c; Ionicus G 5a; Onicus G *5; I 1 *codices* C *et* G *conjungens ita*: Alam. Antiquus Fr. Germ. Ibanicus Alanicus Wand. s) acnomina A *2; aucnomina *corr.* acnomina B 1; hacnomina E 1. F 1; ha(e)c nomina A 3. B 2. G 1. 2. *3. 4. 5a; hanc nomina G 3; haec omnia nomina G 5b; cognomina H 1. t) Romanę (?) F 1; Romanas G 2. 2a. 5c, *e corr.* G 1. 3; Romani G *3. 3. u) nomina F 1 (*corr.* non minima); nominavit et G 1. *3. 3. 6; p. superflua et i. d. fuit m. G 4; q. non erat pr. renovavit et inutiles dissonantias m. G 2; pr. gravabat minoravit et inutiles dissonantias m. G 5. v) *deest* C *1. w) *ita* A 1. *2. 2. B 1. D 1 (*corr.* eundem). 1a. F 1; eodem quoque E 1; eodem G 1. 3; ad (*corr.* et) eodem G *3; eundemque A 3. B 2. F 5. H 1; idemque A 5. 6; eidemque *corr.* idemque G 2; idem G 3a; et idem G 4. *5. 5a. b. 6; ipsumque C 1. I 1; ipsum quoque C 2. — volumen *post del.* D 1.

1) *Haec ex Isidoro Paulus sumsisse videtur.* 2) *Cf. Marii chron. Paulum iisdem quibus hunc Fastis usum esse, Jacobi p.* 85. *monuit; cf. II,* 14. 3) *Cf. Jord. de R. S.* 4) *Haec et sequentia ex Digestorum praefatione vel juris Romani epitome sumta videntur; cf. Jacobi p.* 88.

Iustinianum[a] appellari praecepit. Rursumque singulorum magistratuum[b] sive iudicum leges, quae usque ad duo milia pene libros erant extensae, intra[c] quinquaginta librorum numerum redegit, eumque codicem digestorum sive pandectarum[d] vocabulo nuncupavit. Quattuor etiam institutionum libros, in quibus breviter universarum legum textus conprehenditur, noviter conposuit. Novas quoque leges, quas[e] ipse statuerat, in unum volumen[f] redactas[g], eodem[h] codicem novellam[i] nuncupari sancivit. Extruxit quoque idem princeps intra urbem Constantinopolim[k] Christo domino, qui est sapientia[l] Dei patris, templum, quod Greco vocabulo Agian Sophian, id est sanctam sapientiam, nominavit. Cuius opus adeo cuncta aedificia excellit, ut in totis terrarum spatiis huic[m] simile non possit inveniri. Erat enim hic princeps fide catholicus, in operibus rectus, in iudiciis iustus; ideoque ei omnia concurrebant in bonum. Huius temporibus Cassiodorus aput urbem Romam[n] tam seculari quam divina scientia claruit. Qui inter cetera[o] quae nobiliter scripsit[p] psalmorum praecipue occulta potentissime[q] reseravit. Hic primitus consul, deinde senator[r], ad postremum vero monachus[s] exstitit. Hoc etiam tempore Dionisius[t] abba in urbe Roma constitutus pascale[u] calculum miranda argumentatione conposuit[1]. Tunc quoque aput Constantinopolim Priscianus Caesariensis gramaticae artis, ut ita dixerim, profunda rimatus est. Tuncque[v] nihilominus Arator, Romanae ecclesiae subdiaconus, poeta mirabilis, apostolorum actus versibus exametris exaravit[w].

26. His[x. 2] quoque diebus beatissimus Benedictus pater et prius in loco qui Sublacus[y. 3] *dicitur, qui ab urbe Roma *p. 64.

a) Iustiniani A 3. D *3. 3. 5. 9. F 3; Iustinianeum D 2. G 5c; *deest* A 5. 6. b) magistratus F 1; magistratum G 1. c) *deest* C 1. 2. D 1a. 3. d) pandetarum E 1. F 1. 3. G 1. 2. *3. 3. 4; pandotarum G 5a; pandactarum F 2; pandattarum F 5. e) *deest* B 1. f) volumine F 1. g) reductas G 1—4; redactos D 1; redactis G *5. 5c. *G Neap.* h) *ita* A 1. *2. 2. 3. B 1. C 1. D 1. E 1. F 1. G 1. *3. 3; eumque G 2; eundem *e corr.* D, *alii*, *G. Neap.* i) novella C 1. 2. D 1. nobellum G *3; legem novellam G *5. 5b. c. k) Constantinopoli F 1. l) sapientiam F 1. m) illuc (?) similem *corr.* huic simile F 1. n) Romanam A *3. o) cetheri A 1. — quem A 2. p) conscripsit G 1. 2. *3. 3. q) *deest* D 2. r) sanator A 2; salva C 2. G 3a. s) monachum F 1. t) Diun. G 1. u) *ita* A 1. B 2. F 2. 3. 4; paschale A *2. 2. 3. 6. B 1. C 1. 2. 3. D. F 1. G 1. 2. *3. 5a. I 3; pascalem F 5. G 3. 4. 5c; paschalem *alii.* v) Tunc quoque A 2? B 1. G 3, *alii*; Tunc C *1. 1. D 1. w) ap. — exaravit *des.* G 2. x) *varias lectiones codicum Casinensium, aliorumque qui singula continent carmina* (*Arch. X, p.* 289, *adde*: 14) *Laurentianum XVI,* 28. *s. XI. inc.*; 15) *Ottobonianum* 477, *s. XII*) *indicavimus*: *Ed*(*itio*) 1. y) Sublacu C *1. 1 (*corr.* Sublacus). D 1. F 1. 3. G 1. 2. *3. 4; Sublaco G 5b.

1) *Cf. Beda, quem tamen hoc loco a Paulo exscriptum vix crediderim.* 2) *Quae hoc cap. continentur jam ante Langobardorum historiam separatim edidit Paulus; eaque ex codd. Casinensibus imprimi fecit Bethmann Arch. X, p.* 325 *sqq.* 3) *Subiaco.*

quadraginta milibus abest[a], et postea in castro Cassini[b], quod Arx[c. 1] appellatur, et magnae vitae[d] meritis et apostolicis virtutibus effulsit[e]. Cuius vitam[f], sicut notum est, beatus papa Gregorius in suis dialogis suavi sermone conposuit. Ego[g] quoque pro parvitate ingenii[h] mei ad honorem tanti patris singula eius miracula per singula distica[i] elegiaco metro hoc modo contexui[k]:

Ordiar unde tuos, sacer o Benedicte, triumphos,
   Virtutum cumulos ordiar unde tuos?
Euge, beate pater, meritum qui nomine prodis,
   Fulgida lux secli[l], euge, beate pater!
Nursia[2], plaude satis tanto sublimis alumno;
   Astra ferens mundo, Nursia, plaude satis!
O puerile decus, transcendens moribus annos[m]
   Exuperansque senes, o puerile decus!
Flos, paradise, tuus despexit florida mundi;
   Sprevit opes Romae flos, paradise, tuus.
Vas[*] pedagoga tulit diremptum pectore tristi;
   Laeta reformatum vas pedagoga tulit.
Urbe vocamen habens[n] tyronem cautibus abdit[o];
   Fert pietatis opem Urbe vocamen habens.
Laudibus antra sonant mortalibus abdita cunctis;
   Cognita, Christe, tibi laudibus antra sonant.
Frigora, flabra, nives perfers[p] tribus impiger annis;
   Tempnis amore Dei frigora, flabra, nives.

*) *Glossas manus s. X. XI. abhinc multas codici D 1 intulit, e. gr.* vas: capistrium; pedagoga: nutrix; tulit: attulit; diremtum: scissum. *Quas omnes exscribere longum erat.*

a) abens A 2. b) Casini A *2. 2. C *1. D 1 (*corr.* Casino). F 3. G 1. 2. *3; Cassino A *3. D 2. *3. 3 I 3; Casino *Ed.* 1. *Cas.* 1. 2; Cassiani *e corr.* F 1. c) *ita Ed.* 1. *Cas.* A 1. *3. 5. 8; arum *corr.* arx E 1; arum A 3. B 1. 2. 3. I 3; aric A 6; harum A 2. D; darum (*vel* clarum) F. G (darum *corr.* ars F 2); barum A 4. C 1. 2; baurum H 1; aurum A *2. 3c; bacrum I 1. d) vir F 1. 4. G. — magnae *corr.* magnis G 1, *et ita* G 4 6; vir magnae virtutis a. v. G 5; magnis iuxta meritis F 5. e) effusit A 1; fulsit *Ed.* 1. f) vita F 1. G 1. g) *reliqua hujus capituli des.* A 5. 5a. 6. 7. h) parvitatem G 1. — genii F 1. i) disticon G 2; elogico A 1; dicta mistica (*haec ex corr.*) ęlegi et quo metro G 3; m. distincte per metrum G 5a; distincte elegiaco disticon m. G 5c; m. distingam elegiaco metro G *5. k) *sequens carmen et quae sequuntur usque ad finem hymni des.* A *2. I 3. *Primum solummodo distichon habet* E 1, *addito:* Et cetera, *sed in calce libri carmen supplevit. Carmina et cetera usque ad capitis finem desunt* F. G (*praeter* G 5c); G 6 *alia manu coaeva supplevit priorem carminis partem:* Ordiar — mens quibus una fuit. F 2 *folio post adjecto carminum initia exhibuit. In* G 1 *in marg. corr. notavit*: deest. l) seclis A 2. m) aevum *Ed.* 1. n) habet A 1. o) abdii A 1. p) frestribus impier C 1; fers tribus C *1. D 1. I 1; inpier *corr.* inpiger I 1. — alacer *Ed.* 1. *codd.* 5. 6. *Bethm.*

1) Hunc plebs stulta locum quondam vocitaverat Arcem *Marcus in versibus.* BE. 2) *Cf. Vita S. Benedicti libro II. dialogorum a Gregorio M. scripta.*

Fraus veneranda placet, pietatis furta probantur.
  Qua sacer altus erat, fraus veneranda placet.
Signat adesse dapes agapes, sed lividus[a] obstat;
  Nil minus alma fides signat adesse dapes.
Orgia rite colit, Christo qui accommodat[b] aurem;
  Abstemium pascens, orgia rite colit.
*Pabula grata ferunt avidi ad spelea subulci; *p. 65.
  Pectoribus laetis pabula grata ferunt.
Ignis[c] ab igne perit, lacerant dum viscera sentes;
  Carneus aethereo ignis ab igne perit.
Pestis iniqua latens procul est deprensa sagaci;
  Non tulit arma crucis pestis iniqua latens.
Lenia flagra vagam sistunt moderamine mentem;
  Excludunt pestem lenia flagra vagam.
Unda perennis aquae nativo e marmore manat;
  Arida corda rigat unda perennis aquae.
Gurgitis ima, calybs capulo divulse, petisti;
  Deseris alta petens gurgitis ima, calybs.
Iussa paterna gerens dilapsus vivit[d] in aequor;
  Currit vectus aquis iussa paterna gerens.
Praebuit unda viam prumpto ad praecepta magistri;
  Cursori ignaro praebuit unda viam.
Tu quoque, parve puer, raperis, nec occidis, undis;
  Testis ades verax tu[e] quoque, parve puer.
Perfida corda gemunt stimulis agitata malignis;
  Tartareis flammis perfida corda gemunt.
Fert alimenta corax digitis oblata benignis;
  Dira procul iussus[f] fert alimenta corax.
Pectora sacra dolent inimicum[g] labe peremptum;
  Discipuli excessum pectora sacra dolent.
Lyris amoena petens ducibus comitaris opimis;
  Caelitus adtraheris Lyris[1] amoena petens.
Anguis inique, furis, luco[h] spoliatus et aris;
  Amissis populis, anguis inique, furis.
Improbe sessor[i], abi, sine dentur marmora muris!
  Cogeris imperio; improbe sessor, abi!
Cernitur ignis edax falsis insurgere flammis,
  Nec tibi, gemma micans, cernitur ignis edax.

a) libidus A 1. D 1; lidibus A 2. b) quiacomodat A 1. B 2; quia commodat A 2. D 1. E 1. H 1. I 1; quia comendat C 1; qui commodat B 1a. F 4. H 5; quod commedat G 5c. c) Ignis — perit *duo versus erasi* C *1. d) currit C. D. H 1. e) tu quoque — semper metuis *des.* E 1. f) iussis A 2. g) inimicum — dolent *des.* C *1. 1. 3. D 1 (*post suppl.*). I 1; inimicum — excessum *des.* C 2. I 1c. h) loco A 1. 2. C. H 1. I 1; loquo D 1; lucos B 1. 2. i) improbes exorabis *reliquo versu omisso* B 1.

1) *In Casinum montem venit, qua Lyris amnis ad radices labitur.* BI.

Dum struitur paries, lacerantur viscera[a] fratris;
　Sospes adest frater, dum struitur paries.
Abdita facta patent, patulo produntur edaces;
　Muneris accepti abdita facta patent.
Saeve tyranne, tuae frustrantur[b] retia fraudis;
　Frena capis vitae, saeve tyranne, tuae.
Moenia celsa Numae nullo subruentur[c] ab hoste;
　Turbo, ait, evertet[d] moenia celsa Numae.
Plecteris hoste gravi, ne lites munus[e] ad aram;
　Munera fers aris; plecteris hoste gravi.
*p. 66. *Omnia septa gregis praescitum est tradita genti;
　Gens eadem reparat omnia septa gregis[1].
Fraudis amice puer, suado captaris ab ydro;
　Ydro non caperis, fraudis amice puer.
Mens tumefacta, sile, tacita et ne carpe videntem!
　Cuncta patent vati; mens tumefacta[f] sile!
Pellitur atra fames delatis caelitus escis;
　Nilominus mentis pellitur atra fames.
Pectora cuncta stupent, quod eras sine corpore praesens;
　Quod pervisa mones[g], pectora cuncta stupent.
Vocis[h] ad imperium tempnunt dare frena loquelis;
　E bustis fugiunt vocis ad imperium.
Vocis ad imperium sacris non esse sinuntur;
　Intersunt sacris vocis ad imperium.
Tellus hiulca sinu corpus propellit humatum;
　Iussa tenet corpus tellus hiulca sinu.
Perfidus ille draco mulcet[i] properare fugacem;
　Sistit iter vetitum perfidus ille draco.
Exitiale malum capitis decussit honorem;
　It procul imperiis exitiale malum.
Fulva metalla pius[k], nec habet, promittit egenti;
　Caelitus excepit fulva metalla pius.
Tu miserande, cutem variant cui fella[l] colubrae[m],
　Incolumem recipis, tu miserande, cutem.

a) biscena ff. C *1. 1. D *3a; al. bis gena fatris *in marg.* C 1; *corr.* viscera fr. C *1. D 1; patris A 2. b) frustantur A 1. c) *ita* A 1. 2. 3. 4. B 1. 2. C. D 1. 5; suruuntur D 3; subruuntur D 8. 9; subigentur I 1b. c; vertentur G 5c; rumpantur F 4; — evertentur *Ed.* 1. d) vertet A 1; avertet A 2; turba gravis vertet C 4. G 5c; — allidet *Ed.* 1. e) unus C. D. I 1. f) mentium facta A 1; t. stupent A 4. g) mones C. D; monet *codd. Cass. Ed.* 1. h) *hoc distichon om.* A 2. C 4. D 2, *alii*; *sequens deest* A 3. B 2 (*post suppl.*). 3. i) militat *e corr.* C *1. k) Fulvum et ala (alla B 1. C 4b. D 1) pius B 1. 2. 2a. C 1. 4b. D 1 (Fulva *e corr.*); Falva *corr.* Fulva C *1. l) felle G 6. I 1b. c, *corr.* pelle I 1, *et ita* G 5c; falla I 2. m) colubri *Ed.* 1.

1) *Paulus noster Langobardus et ipse amore suorum fortassis haec addit*: Gens eadem reparat omnia septa gregis, *quod utique verum est; nam subsequentes Langobardi principes de Cassinensi monasterio atque universa Benedictinorum familia sunt optime meriti.* BI.

Aspera saxa vitrum rapiunt, nec[a] frangere possunt;
Inlaesum servant aspera saxa vitrum.
Cur, promoconde[b. 1], times stillam praebere lechiti?
Dolia, cerne[c], fluunt; cur, promoconde[b], times?
Unde medela tibi, spes est cur nulla salutis?
Qui semper perimis[d], unde medela tibi?
Ah lacrimande[e] senex, hostili concidis ictu[f];
Ictu sed resipis, ah lacrimande senex.
Barbara lora manus ignaras criminis arcent;
Sponte sua fugiunt barbara lora manus.
Ille superbus equo reboans clamore minaci,
Stratus humi recubat ille superbus equo.
Colla paterna ferunt extincti viscera nati;
Viventem natum colla paterna ferunt.
* Omnia vincit amor, vinxit[g] soror imbre beatum[h]; *p. 67.
Somnus abest oculis; omnia vincit amor.
Simplicitate placens instar petit alta columbae;
Regna poli penetrat simplicitate placens.
O nimis[i] apte Deo, mundus cui panditur omnis,
Abdita qui lustras, o nimis[k] apte Deo!
Flammeus[l] orbis habet iustum super aethera nantem;
Quem pius ussit amor, flammeus orbis habet.
Ter vocitatus adest testis novitatis habendus;
Carus amore patris ter vocitatus adest.
Dux bone, bella monens exemplis pectora firmas,
Primus in arma ruis, dux bone, bella monens.
Congrua signa dedit vitae consortia linquens;
Ad vitam properans congrua signa dedit.
Psalmicen assiduus numquam dabat otia plectro;
Sacra canens obiit psalmicen assiduus.
Mens quibus una fuit, tumulo retinentur eodem;
Gloria par retinet, mens quibus una fuit.
Splendida[m] visa via est facibus stipata coruscis;
Qua sacer ascendit splendida visa via est.
Rupea septa petens nancta est errore salutem;
Errorem evasit rupea septa petens.

a) ne A 2. b) *ita* A 2. 4. B 1. I 2; promeconde *corr.* proconde A 1; promo conde *corr.* pro conde B 2, *et ita* B 1a. 3. C *1. 1. 2. D. I 1; promocande F 4; promocunde L 1. *codd. Cass. Ed.* 1; precor unde C 3 *et e corr.* C *1. c) certe C 1—4b. G 5c. d) times C 1—5; timens C 1a; retines I 1c; metuis D (1 *e corr.*). e) miserande B 1a. D 1. G 5c. f) *deest* A 1. g) vincit B 3. G 5c. I 2; vicit B 1 *e corr.* 1a. 2. C *1 *e corr.* D (1 *e corr.*). h) beata D (1 *e corr.*). i) omnis B. C. D; hominis *erasa litera* h I 1; aperte D *3a. 3. 4. 5; et apte C *1. 3, *et e corr.* D *3. k) omnis et a. C *1. l) *reliqua carminis pars deest* B 1, *foliis duobus excisis et pagina una et dimidia vacuis relictis; des. etiam* B 3. m) *reliqua hujus capitis des.* F 4.

1) promus condus *Plauti est vocabulum.*

Poemata parva dedit[a] famulus pro munere supplex;
Exul, inops, tenuis[b] poemata parva dedit.
Sint, precor, apta tibi, caelestis tramitis index;
O Benedicte pater, sint, precor, apta tibi[c]!

Ymnum[d] quoque singula eiusdem patris miracula continentem metro iambico archiloico ita texuimus.

*p. 68. Fratres, alacri pectore
Venite concentu pari,
Fruamur huius inclitae
Festivitatis gaudiis.
Hac[e] Benedictus aurea
Ostensor arti tramitis
Ad regna conscendit pater,
Captans laborum praemia.
Effulsit ut sidus novum,
Mundana pellens nubila.
Aetatis ipso limine
Despexit aevi florida.
Miraculorum praepotens,
Afflatus Alti flamine,
Resplenduit prodigiis
Ventura seclo praecinens.
Laturus[f] esum pluribus,
Panis reformat vasculum;
Artum petens ergastulum,
Extinxit ignes ignibus.
Fregit veneni baiulam[g]
Crucis per arma cymbiam.
Coercuit mentem vagam
Leni[h] flagello corporis.
Funduntur amnes rupibus.
Redit calybs e gurgite,
Currit per undas obsequens.
Peplo puer vitat necem.
Virus patescit abditum.
Mandata praepes efficit.
Hostem ruina[i] conterit.
Cedit[k] fremens leo grave.
*Immota[l] fit moles levis.
Rogus migrat fantasticus.
Fractum[m] revisit sospitas.
Excessus absentum patet.
Rector vafer, deprenderis.
Inique possessor, fugis.
Futura praenoscimini;
Arcana cor non contigis[n].
Fundantur aedes somniis.
Tellus vomit cadavera.
Dracone frenatur fugax[o].
Aether pluit nomismata.
Vitrum resistit cautibus.
Manant olivo dolia.
Vinctum resolvit visio.
Vitam receptant funera.
Tanti potestas luminis
Voto sororis vincitur.
Quo[p] plus amat quis, plus valet
Enare[q] quam[r] cernit polum[s].
Non ante seclis cognitum
Noctu iubar effulgurat,
Quo totus orbis cernitur
Flammisque subvehi[t] pius.
Haec inter instar nectaris
Miranda plectro claruit.
Nam pinxit apte lineam[u]
Vitae sacrae sequacibus.
Iam dux alumnis at[v] potens,
Adsis gregis suspiriis,
Gliscat bonis ydrum cavens,
Sit callis ut sequax tui!

a) dedi A 3. E 1, *et in pentametro* A 1. b) tenuit A 2. c) *aliquot editionis* 1. *codices plura addunt, quae videsis Arch. X, p.* 330. d) *novum* (XXIV) *cap. inc.* A *3. e) haec C 1. D 1. f) Daturus A 2. g) baiulum D. I 2. h) lenit A 3; lenis C 4b; levi D. I 2. i) ruinam A 1. k) redit C *1. 2. D. l) Immo C *1. 1. D 1. I 1; Inno sint moles C 4. m) Factum C *1. 1. 2. D 1. I 1. 1c. n) contegis A 2. *3. 3. 4; contigit C. D 1. 1a. I 1. 2; contingit B 2; contegit D 5; conterit D 3. 4. H 5a; tetigit D 2. o) frenatum rugax C *1. 1—3. D 1. I 1. p) Quod A 1. q) enarre A 1; enarrare A 4; evolare H 1. r) qua A *4; quam *post add.* D 1; quamquam D 2. s) polo B 2. 4. C 1—3, *e corr.* D 1; polim C 4b. t) subi A 1? subvei A 2. 4; subve inpius D 1; subvehit B 4. D 2. *3a. 3. u) linea C 2. 3. D 1; lintea C 1; lineas C 4b. v) ad A 1. I 1. 1b.c; ac C 3. D 3. 4. H 1; ait *corr.* at I 1; et D 2; alumpni sat D 1a. 9. I 2.

Libet[a] me breviter referre, quod beatus Gregorius papa minime in huius sanctissimi patris vita descripsit. Denique cum divina ammonitione a Sublacu in[b] hunc, ubi requiescit, locum per quinquaginta ferme milia adventaret, tres eum corvi, quos alere solitus erat[c], sunt circumvolitantes secuti. Cui ad omne bivium[d], usque dum[e] huc veniret, duo angeli in figura iuvenum apparentes, ostenderunt ei, quam viam arripere deberet. In loco autem isto quidam Dei servus tunc habitaculum habebat, ad quem divinitus ita dictum est:

'His[f] tu parce locis, alter amicus adest'.

Hic[g] autem, hoc est[h] in Cassini arcem[i], perveniens, in magna se semper abstinentia coartavit. Sed praecipue quadragesimae tempore inclausus et remotus a mundi strepitu mansit. Haec omnia ex Marci poetae carmine sumpsi, qui ad eundem patrem huc veniens, aliquod versus in eius laudem composuit, quos in his libellis cavens nimiam longitudinem minime descripsi[1]. Certum tamen est, hunc egregium patrem vocatum caelitus ob[k] hoc ad hunc fertilem locum et cui opima vallis subiacet advenisse, ut hic multorum monachorum, sicut et nunc Deo praesule facta est, congregatio fieret. His cursim, quae omittenda non erant, narratis, ad nostrae seriem revertamur historiae.

27. Igitur Audoin, de quo praemiseramus, Langobardorum rex Rodelindam[l] in matrimonio[m] habuit[2]; quae ei Alboin, virum bellis aptum et per omnia strenuum, peperit. Mortuus itaque est Audoin, ac deinde regum[n] iam decimus Alboin ad regendam patriam *cunctorum votis accessit. Qui *p. 69. cum famosissimum et viribus clarum ubique nomen haberet, Chlotarius[o] rex Francorum Chlotsuindam[p, 3] ei suam filiam in matrimonio[q] sociavit. De qua unam[r] tantum filiam Alpsuindam[s] nomine genuit[4]. Obiit interea Turisindus rex

a) *novum cap.* (XXVI. *vel* XXV) *incipiunt* A 2. *3. 3. C 1. 4b. 5. D 1a. *3a. b) i. h. *des.* B 1. c) consueverat C 1. 2; sicuti consueverant I 1. d) bibium A *2, *corr.* bivium A 2; convivium C. D. I 1. 2. 3; omnem vivium E 1. — usque — apparentes *des.* D 2. e) u. ad huc veneret *corr.* u. quo ad huc veniret A 2. f) *versus deest* C 2. g) Huc I 1b; Huic C 1. h) beatus Benedictus *post add.* D 1. i) arce A 2? *4. k) ab A *3. l) Ruodelindam G 2; Rodelinda F 1. G 1; Rodalindam G 5c; Rodelinquendam (en *e corr.*) C 1. m) matrimonium D 5. F. G. n) regum *corr.* regnum A 1; regnum A *2. C *1. 4b. 5. E 1. F. G. H 1. I 1. 2. 3; regnum ut iam diximus E 1. o) Chlotharius A 2. 4. C 1. G 1; Clotharius A 3. D *3a. 3. 5. G 3. 4. 5a. b. H 1; Chlottharius E 1; Chlodtharius F 1; Hlotharius G 2; Lotharius *nonnumquam* C 1. D 2. 3. p) Chlodsuindam F 1. G; Chlotsuidam C *1; Chloths. C 1; Clots. A *3. D 1; Clotfundam H 1. q) *ita* A 1. *2. *3. E 1. F 1; matrimonium *ceteri.* r) una A 1. G 1. s) Alapsuindam A 1. B 2. I 3; Alpsuidam C *1; Albsuindam A 3. C 2. D 1. 2, *et infra* A 1. 2 (*hic etiam* Albsoindam); Alsupdam A 3; Alsuindam A 2. 5. E 1; Albisindam F 1. G 1 — 4. *5. Albiscidam F 2; Absindam G 5b; Albsindam G 5c; Alfundam H 1; Lapsuindam C 1. — nomen G 1.

1) *Vide ex priore Pauli libro descriptum Arch. X, p.* 331 *sq.* 2) *Haec ex Orig.* 3) *Huic Nicetius Trevirensis epistolam scripsit, editam Bouquet IV, p.* 76. 4) *Haec ex Orig.*

Gepidorum[a]; cui successit Cunimundus in regno. Qui vindicare veteres Gepidorum iniurias[b] cupiens, inrupto cum Langobardis foedere, bellum potius quam pacem elegit[1]. Alboin vero cum Avaribus[c], qui primum Hunni[d], postea de regis proprii[e] nomine Avares[f] appellati sunt, foedus perpetuum iniit[2]. Dehinc ad praeparatum a Gepidis bellum profectus est. Qui cum adversus eum e diverso properarent[g], Avares, ut[h] cum Alboin statuerant[i], eorum patriam invaserunt. Tristis ad Cunimundum nuntius veniens, invasisse Avares eius terminos edicit. Qui prostratus animo et utrimque[k] in angustiis positus, hortatur tamen suos primum cum Langobardis confligere; quos si superare valerent, demum Hunnorum[l] exercitum e[m] patria pellerent. Committitur ergo proelium. Pugnatum est totis viribus. Langobardi victores effecti sunt[n], tanta[o] in Gepidos ira saevientes, ut eos ad internitionem usque[p] delerent atque ex copiosa multitudine[q] vix nuntius superesset[r]. In eo proelio Alboin Cunimundum occidit[s, 3], caputque illius sublatum, ad bibendum ex eo poculum fecit. Quod genus poculi apud eos 'scala' dicitur, lingua vero Latina patera vocitatur. Cuius filiam[t] nomine Rosimundam[u] cum magna simul multitudine diversi[v] sexus et aetatis duxit captivam; quam[w], quia Chlotsuinda[x] obierat, in suam, ut post patuit, perniciem[y], duxit uxorem[3]. Tunc Langobardi tantam[z] adepti sunt praedam, ut iam[a] ad amplis-

a) Gepidanorum G 3; Gebidanorum G 1; Gepidanorum *mox etiam* G 4. *5, *ubi* G 1. 3 Gebidanorum. b) *deest* G 3; iniuria G 1. c) Abaribus F 1. d) *ita* A 1 *constanter*; Hunni *corr.* Huni A 2; Uni F 1; Huni *reliqui fere omnes.* e) *deest* F. G. f) Habares F 1; Havares G 1. *Nonnumquam codd.* Avarorum, Avaris *scribunt, rarissime* Avari. g) praepararent F. G (*praeter* F 2. G 5a, *ubi* praepararentur); se prepararent I 2 *et e corr.* F 1; bellum p. G 4. h) qui C *1. i) statuerat F 1. G 1. *5; statuerent C *1. D 1; tunc A. st. G *5. k) utrumque A *2. 4. E 1; utrique A *4. G 1 (*corr.* utrimque). G 3; utrisque C. D. F 4. G 4. H 1 (in u. a.); utriusque I 3; animi metu tristisque F 1 *e corr.* — undiquesecus G 5b. c. l) Avarorum *e corr.* F 1; Hunnorum *hoc loco etiam* D 1. m) a F 4. G 2. 3. 4. 5a, *corr.* e E 1; *deest* A *3. n) *deest* G 2; Langobardis v. effectis G 1. 3. o) tantas in Gep. iram venientes F 1; et t. in G. ira sevierunt D 2. G 4. p) *deest* G 3; u. ad i. C 1. D 3, *alii.* q) multitudinem G 3. r) superasset F 1. G 1. 2. 3; superaret G 4. s) occidit — bibendum *des.* G *5. t) filia F 1. u) Rosemundam *codd.* C. D *saepius*, G *nonnumquam*; Rosilmundam C 2. v) diversę G 2; diversis C 3 *et* G 1. 3, *ubi* et *deest* (G 3 *post add.*). w) quam — duxit *des.* H 4. x) Chlosuindam B 1. y) pernitionem F 1. G 1. 2. 3. z) tanta F 1. a) etiam G.

1) *Ex Menandro Legat. p.* 303 *sq. (ed. Bonn.) apparet, Albuinum potius bellum provocasse; et si fides Theophylacto, Hist. VI,* 10, *belli causa fuit Rosemunda ab Albuino rapta (idem Orig. verba:* quae praedaverat *indicare videntur). Sed Paulus duo bella in unum confundit. Albuinus enim primo Cunimundum vicit; tunc Justino Gepidis auxilia praeparante, Albuinus pacem obtulit et matrimonium cum Rosimunda; frustra, Cunimundus bellum renovavit, quo occisus est a.* 567. *Ita Theophylactus. Johannes Biclariensis falso annum* 571. *habet.* BE. 2) *Ita etiam Menander l. l.* 3) *Haec ex Orig.*

simas pervenirent divitias. Gepidorum vero ita genus est deminutum, ut ex[a] illo iam tempore ultra non habuerint[b] regem[1]. Sed universi qui superesse bello[c] poterant aut[d] Langobardis subiecti sunt, aut[e] usque *hodie, Hunnis eorum *p. 70. patriam possidentibus, duro imperio subiecti gemunt. Alboin vero ita praeclarum longe lateque nomen percrebuit, ut hactenus etiam tam aput Baioariorum[f] gentem quamque et Saxonum[g], sed et alios eiusdem linguae homines[h] eius liberalitas et gloria bellorumque felicitas et virtus in[i] eorum carminibus celebretur[k]. Arma quoque praecipua sub eo fabricata fuisse[l], a multis hucusque narratur[m].

## EXPLICIT[n] LIBER PRIMUS.

### INCIPIUNT[o] CAPITULA LIBRI SECUNDI.

1. Quomodo Langobardi conducti a Narsete chartolario[p] eidem contra Gothos auxilium praestiterunt.

a) *deest* G 1 (*post add.*). 2. 3. 4. b) habuerit G 1. 2. 4; haberent D 2. 3. c) *deest* B 1. d) ad *corr.* aut F 1; a. F *2. 4. G 1—4; *deest* F 5. G 5a. b. c. I 3. e) et G. f) Bavoariorum A *3; Baiuariorum F 1; Baiuvariorum C *1. G *in prioribus libris constanter.* g) Saxorum A 1. 3; Saxonorum F 1. G 1. 3. h) hominis F 1. G 1. i) *deest* B 2. k) celebret F 1. G 1. l) fuisset F 1. G 1. m) narrantur C 1. F 2. G 5c. n) Historiae Langob. expl. A 3. 4; De historia Lang. expl. F 5; l. primus, *post add.* istorie Langob. D 1; Finit liber primus D 2; *haec omittunt* F 1. G 3. 4, *alii.* o) Incipit de historia capitula l. s. A 2; capituli D 1. *Indicem omittunt* A *2. 6. B 2a. E 4. F. G 5b. I 2; *codices* G 1. 2. 3. 4. *5. 5a. c. *ita exhibent*: 1. De eo quod Narses patricius legatos ad Albuin dirigit, quatenus ei pugnaturum (—ro 2) cum Gothis auxilium ministraret; et de morte Totilae regis. 2. De eo quod Buccillinus et Amingus (Emingi 1; Hemming 2) Francorum duces a Narsete (Nersete 2) superati, extincti sunt. 3. Hic Narses, superato Sindualdo (— waldo 2) rege, celsa eum de (*deest* 2. 4) trabe suspendit. 4. De signis mortalitatis in Italia, et de morte Iustiniani augusti et imperio Iustini. 5. De accusatione, qua Romani Narsetem Iustino et eius coniugi Sophiae fecerunt, et de Langobardis ad Italiam invitatis. 6. De eo quod Albuin Italiam profecturus ab amicis suis vetulis Saxonibus auxilium petit, cum quo et plus quam (quam et 3) viginti milia venerunt. 7. Hic relicta Langobardi Panonia et commendata Hunnis (Hunis 2; Huinnis 3) Italiam properant possessuri. 8. Hic adventus regis Albuini (A. r. 3. 4) ad (*deest* 2) montem Regis (regii 3). 9) De eo quod Albuin in castro Foroiulii (Foraiulii 1; Foroiulo *5. 5a) Gisulphum (— fum 2. 3. 4) nepotem suum, qui eius strator erat, ducem constituit. 10. De morte Chlotharii (Hloth. 2) regis Francorum, et eius regnum quadrifarie divisum (regno q. diviso 2. *5. 5a), et de bello (eius b. 3. 4?) Avarum in Francos inlato. 11. De morte Narsetis patricii. 12. Quod rex Albuin Felici episcopo Tarvisiano omnes facultates ecclesiae concessit. 13. De eo quod Fortunatus in arte grammatica sive rethorica seu metrica (geometrica 3) clarissimus extitit. 14. De eo quod Albuin paucis exceptis totas Venetiae primae provinciae civitates (*corr.* civitate 2) coepit. 15. De secunda provincia Liguria et de (*deest* 4) Retia (Reci 3) prima et Retia secunda. 16. De Alpibus Cottiarum (Gotiarum 1. 3. 4) et Tuscia (Tustia 1). 17. De Campania et Lucania. 18. De Alpibus Apenninis (*corr.* Apeninis 2) et Emilia. 19. De Flamminia (Flaminia 3. 4) et Picenum (Picenu 1; Piceno 2. *5. 5a). 20. De Valeria et Samnium (Samnio *5. 5a). 21. De Apulia (Apullia 1. 3) et Sicilia. 22. De Corsica et de Sardinia (et Sardia 4). 23. Quod Brennus (Breunus *post corr.* Brennus 1; Bremunus 3; Premunus 4) rex quondam Gallorum cum tricentis milibus ad Italiam venerit. 24. Quod Italia et Ausonia et Latium (Lacium 1) vocitetur. 25. Ubi Albuin Liguriam introivit. 26. De eo quod Ticinensis civitas per triennium sit

1) *Haec ex Orig.*

*p. 71. *2. Quomodo Narsis Buccellinum[a] et Amingum Francorum duces[b] superavit, et de morte Leutharii[c] tercii ducis.

3. Quomodo Narsis Sinduald[d] Herulorum regulum sibi rebellantem[e] extinxit.

4. De signis pestilentiae et mortalitate quae tempore Narsetis[f] Italiam vastavit.

5. De invidia Romanorum adversus Narsetem, et[g] quomodo eum accusaverunt apud imperatorem, et qualiter ipse Narsis Langobardos ad Italiam possidendam invitavit.

6. Quomodo[h] Alboin Saxones ad suum auxilium adscivit.

7. Qualiter[i] Alboin cum Langobardis, relicta Pannonia[k], ad Italiam venit.

8. Quomodo Alboin ad Italiae fines veniens, montem Regis ascendit, et de bisontibus[l] feris.

9. Quomodo Alboin Venetiarum fines ingressus, in[m] Foroiuli Gisulfum suum nepotem ducem constituit.

10. Qui reges eo tempore Francis imperabant, et de[n] Benedicto papa deque[o] Paulo Aquileiensi patriarcha.

11. De morte Narsetis.

12. De Felice episcopo Tarvisiano, quomodo[p] Alboin ad Plabem fluvium occurrit.

13. De hoc eodem Felice et Fortunato sapientissimo viro.

14. Quomodo Alboin Venetiarum provincia[q] cepit, et[r] de nomine vel finibus eiusdem Venetiae.

15. De Liguria[s] secunda Italiae provincia[t], et[u] de duabus Retiis[v].

**obsessa, et quod famis universam Italiam devastaverit. 27. Hic Albuin Ticinum ingreditur. 28. De eo quod Albuin insidiis Rosimundae suae coniugis Veronae sit interemptus. 29. Quod Helmigis, extincto Albuin, cum Rosimunda Ravennam fugit, ubi Dei iudicio uterque veneno uno momento perierunt. 30. Ubi Longinus praefectus Albsuinda (Albsuindam 4. *5. 5a** ***et e corr.*** **1), Albuini regis filiam, Constantinopolim mittit. 31. Ubi Clep (Cleph 4), nobilissimum in urbe Ticinensium, Langobardi sibi regem statuerunt. 32. De eo quod mortuo Clep Langobardi per annos decem sub ducibus fuerunt. (EXPLICIUNT CAPITULA** ***add.*** **1. 2. 4). F 1a** ***indices hujus libri ita de suo finxit:*** **1. De Narseo patritio. 2. Quod Narseus Bucilinum vicit et interfecit. 3. Item de Narsetis actibus. 4. De peste inguinaria. 5. Quod Romani Narsetem accusaverunt. 6. Quod Alboin a Narsete in Italiam vocatus sit** ***etc. Denique*** **F 2. G 6** ***ita:*** **Narsis pugnaturus cum Gothis auxilium habens Langobardorum vincit (*****deest*** **F 2). Francorum duces Bucillinum et Amingum Narsis superat. Narsis Sinduald rebellantem occidit et Italiam totam subiugat et iustus describitur (et — describitur** ***des.*** **F 2). Hoc tempore gravissima pestis in Liguria orta est** ***etc.*** **p)** ***ita*** **D 1. E 1; cartol. A *3; chartul.** ***alii; cf. p.*** **84** ***n.*** **g.**

**a) Bucell. A 1. D 2,** ***alii;*** **Buccillinum C 1. D 1,** ***alii.*** **b)** ***deest*** **C 1. D 1 (*****post suppl.*****). I 1. c) Leutherii C. D. H 1; Lautharii E 1; Loutarii A 5. d) Sindualdum D 2,** ***alii.*** **e) rebellatum rebellantem B 1. f) Nascitis** ***Pal. Ass.*** **g) et — invitavit** ***des.*** **C. D. H 1. I 1. h) Qualiter C 1. D 1;** ***hoc argumentum deest*** **D 2. i) Quomodo C. D. H 1. I 1. k) Pannoniam B 1. D 1. l) bissontibus C. D. I 1;** ***deest*** **A 5. m) in — constituit** ***des.*** **C. D. H 1. I 1; sit** ***post add.*** **D 1,** ***et ita*** **D 2. 3. n)** ***deest*** **C *1. o) deque P. A. p.** ***des.*** **C. D. H 1. I 1. p) quomodo — occurrit** ***des.*** **C. D. H 1. I 1; in ad Plavem** ***cum antecedenti argumento junctum*** **B 1,** ***ubi:*** **De Felice est; D 5** ***arg.*** **11.** ***et*** **12.** ***conjunxit.*** **q)** ***ita Pal. Ass., ut videtur,*** **A 1. B 1; provinciam** ***ceteri.*** **r) et — Venetiae** ***des.*** **C. D. H 1. I 1. s) Liguaria B 1; Ligoria C 1. D 1. I 1. t) provintiae C 1. I 1. u) et d. d. R.** ***des.*** **C. D. H 1. I 1. v) terris A 1? regis B 1.**

16. De[a] quinta provincia Italiae, quae Alpes Cottiae[b] appellantur, et de sexta, quae Tuscia[c] dicitur.
17. De[d] Campania septima Italiae provincia, et de[e] Lucania sive[f] Britia, quae est octava.
18. De Appenninis[g] Alpibus, quae nona est Italiae provincia, et[h] de Emilia decima.
19. De Flamminia undecima Italiae provincia, et de Piceno[i], quae duodecima conputatur.
20. De Valeria et[k] Nursia, quae[l] pro provincia tercia decima[m] ponitur, et[n] de quarta decima Samnium.
21. De Apulia et Calabria et Sallento[o], quae quinta decima provincia appellatur.
22. Sexta decima[p] provincia Italiae Sicilia est, septima decima[q] Corsica, octava decima Sardinia.
23. Ob quam causam aliqua pars Italiae Gallia Cisalpina[r] vocatur, et de Gallorum in Italiam primo adventu.
24. Quare[s] Italia sic vocatur[t], ut[u] quid etiam Ausoniam[v] vel Latium[w] dicitur.
*25. Quomodo Alboin Mediolanium[x] ingressus est et[y] uni- *p. 72. versas Liguriae civitates cepit, et de Honorato archiepiscopo, et de obitu Pauli patriarchae, et quia ei Probinus[z] successit.
26. Quomodo Ticinensis civitas tribus annis obsessa est, et quia Langobardi Tusciam invaserunt, et[a] quia plures de aliis gentibus secum in Italia[b] adduxerunt.
27. Quomodo Alboin Ticinum ingressus est.
28. Quomodo Alboin, postquam tribus regnaverat annis, consilio suae coniugis ab Helmechis[c] interfectus est.
29. Quia[d] Helmechis regnare voluit, sed non potuit, et[e] quomodo cum Rosemunda ad Ravennam confugiit, et quomodo inde[f] sunt extincti.
30. Quomodo[g] Longinus post eorum mortem Alpsuindam[h] cum Langobardorum thesauro imperatori[i] direxit, et de

a) et quinta D 2, *hoc argumentum cum antecedente jungens.* b) Scotię A 3; Cotię I 1; cotidie D 1; quotidie C 1. c) Tussientia C 1. d) *hoc arg. deest* C 1. F 1; *cum praecedente ita jungit* H 1*:* d. deque septima et de Lucanias. e) *deest* A 1? f) sive de A 1? g) Apenn. C 1. D 2. h) et d. E. d. *des.* C. D. H 1. I 1. i) Picena D 2. 3. k) *deest* C *1. l) q. est t. p. D 2. m) decimaque C 1. D 1. — prov. *deest* C *1. 1. I 1. n) et de q. Samnium *des.* A 1. 4. C. D. H 1. I 1. *Huic arg. sequens adjungit* H 1. o) Spallentio *corr.* Spallento C 1; Psallento C 3. I 1. — quae — appellatur *des.* C. D. H 1. I 1; pr. *deest* A 3. p) *hoc arg. deest* I 1; Quod s. p. Italia sit H 1. q) septima D 1. r) Galliacis albina C *1. D 1. I 1; Galliacis alpina D 2; Galliacis abina C 1; Gallia ei sabina C 2. — vocitatur C. I 1. — et — adventu *des.* C. D. H 1. I 1. s) *hoc arg. deest* I 1. t) vocitatur C 1. D 1. u) ut — dicitur *des.* C. I 1. Cap. 25. Ut q. e. Auxonia vel Latina d. D 3. v) *ita* A 1? 2b. 3. w) Lantium A 3. C *1. D 1; Latinum D 2. x) i (*corr.* in) M. D 1; in M. C *1. 1. D 2. F 1; in medium Latium D 3. y) et — successit *des.* C. D. H 1. I 1. z) Provinus B 1. a) et — adduxerunt *des.* C. D. H 1. I 1. b) Italiam A 3. c) Helmichis A 3. B 1. d) Quomodo D 2. 3. e) et — extincti *des.* C. D. H 1. I 1. f) ibidem A 3. g) *hoe arg. deest* I 1. h) Albs. c. Langobardis B 1. i) ad imperatorem D 2.

Peredeo, quomodo in Constantinopolim leonem occidit, et[a] quia duos patricios interemit.
31. De regno Cleph[b], qui secundus regnavit, et[c] de morte eius.
32. Quomodo duces Langobardorum per decem annos sine rege fuerunt, per quos Italia subiugata est.

EXPLICIUNT[d] CAPITULA.

# INCIPIT LIBER SECUNDUS.

1. Igitur[e] cum circumquaque frequentes Langobardorum victoriae personarent, Narsis[f] chartolarius[g] imperialis, qui tunc praeerat Italiae, bellum adversus Totilam Gothorum regem praeparans, cum iam pridem Langobardos foederatos haberet, legatos ad Alboin[1] dirigit, quatenus ei pugnaturum[h] cum Gothis auxilium ministraret. Tunc Alboin electam e[i] suis manum direxit, qui Romanis adversum[k] Getas[l] suffragium ferrent. Qui per maris Adriatici[m] sinum in Italiam transvecti, sociati[n] Romanis pugnam inierunt cum Gothis; quibus usque ad internitionem pariter cum Totila suo rege deletis[o], honorati[p] multis muneribus victores ad propria remearunt. Omnique[q] tempore quo Langobardi Pannoniam[r] possiderunt Romanae[s] rei publicae adversum[t] aemulos adiutores fuerunt.

2. His temporibus Narsis etiam Buccellino[u] duci bellum intulit. Quem Theudepertus[v] rex Francorum, cum in Italia[w]
*p. 73. introisset, reversus ad[x] Gallias, cum Amingo[y] *alio duce ad

ret[a], ad locum ubi vir sanctus inclausus[b] erat pervenit[c]. At ille per fenestram turris se eis ostendit. Illi vero circumeuntes turrem, dum aditum quaererent[d], per quem ad eum ingredi possent, et minime invenirent, duo ex eis ascendentes tectum[e], discoperierunt[f] illud. Et videntes eum vinctum[g] cathenis indutumque cilicio, dicunt: 'Hic malefactor est et homicidium fecit, ideo in his ligaminibus vinctus tenetur'. Vocatumque[h] interpretem, sciscitantur ab eo, quid[i] mali fecerit[k], ut tali supplicio artaretur. At ille fatetur, se homicidam[l] esse omniumque criminum reum. *Tunc[m] unus, extracto *p. 94. gladio, ut caput eius amputaret, mox eius dextera in ipso ictu suspensa diriguit, nec eam ad se potuit revocare. Qui[n] relictum gladium terrae deiecit[o]. Haec videntes socii eius, clamorem[p] in caelo dederunt, flagitantes a sancto, ut, quid eis agendum esset, clementer insinuaret. Ipse vero inposito salutis signo arens brachium sanitatis[q] restituit. Langobardus[1] autem qui sanatus fuerat ad[r] fidem Christi conversus[s], statim clericus, deinde monachus effectus est atque in eodem loco usque ad finem vitae suae in Dei servitio permansit[1]. Beatus vero Hospitius dum Langobardis Dei verbum loqueretur, duo duces, qui eum venerabiliter audierunt, incolomes patriae redditi sunt; quidam[t] vero, qui eius verba despexerant, in ipsa Provincia miserabiliter[u] perierunt.

3. Igitur devastantibus Langobardis Gallias, Amatus[v. 2] patricius Provinciae[w], qui Gunthramno[x] regi Francorum parebat, contra eos exercitum duxit, commissoque bello, terga vertit ibique extinctus est. Tantamque tunc stragem[y] Lan-

a) vastabat F 1. G 1. 4; reppererant vastabant E 1. F 2. G 3; reppererant (receperant A 5) vastarent (vestarent G 2) A 4. 5. 6. C *1—4b. D 1. F 4. 5. G 4. 5b. H 1. I 1. b) inclusus C 1. 2. D 2, *alii.* c) pervenerunt F 2. G 2. 3. 5b. H 1. I 1; pervenerant F 5; pervenitur C 1. 2, *corr.* pervenit D 1. d) quererentur A 2. e) *deest* G 2. f) *ita* A *2. 2. 4. C 1. E 1. F 1; discooperierunt A 3. D 1; discoperuerunt F 2. 5. G 1. 3; discoperurunt *corr.* discooperuerunt B 1; doscoperuerunt *corr.* discoperuerunt G 2; discooperuerunt A 1? g) *ita* A 2. 4. B 1a. 2. 3. C *1. 1—4b. D *3a. 4. 10, *cum optimis Gregorii codd.*; victum A *2; cinctum A 1? F. G. H. h) Vocatoque interprete D 1 *e corr., et ita ceteri* D. F 5. G 2. 5a. b. I 1; vocatoque per interpretem A 5b; vocatusque per interpretem A 5. i) quod A 2. k) fecit A 1. l) homicida — reu (?) F 1. m) cum unus extraxisset gladium D 3. n) Que G 3; Qui *e corr.* G 1. — reiectum F 5; relicto gladio A 4. 5. 5b. C 1. 2. D *3a. 10. F 4. G. H. I 1. o) se d. A 5. 5b. C 1. 2. G 5a. b. c. I 1. 2. — terrae *deest* G 4. p) clamore F 1. q) *ita* A 2. F 1, *cum Gregorio*; sanitati *ceteri.* — restuit A 2. r) et ad C 1. s) c. est G 3. 4. t) alii C 1. u) mirabiliter C 1. D 1a. 2. G 1—4. v) Armatus C 1; Conatus A *3. w) Pr. Alamannicae A 3. (*omissis* q. G. r. Fr. p.) *ed. Peut.* x) Gunthrano A 2; Gunthranno B 1; Guntramno F 1. — regis F 1. y) frage F 1.

1) Ille autem in eodem loco conversus tonsorato capite fidelissimus monachus nunc habetur. *Greg.* 2) *Ex Greg. IV, 42;* qui G. r. Fr. par. *Paulus.*

gobardi de Burgundionibus[a] fecerunt, ut non possit colligi numerus occisorum. Ditatique inaestimabili praeda ad Italiam revertuntur.

4. Quibus[1] discendentibus[b], Eunius[c], qui et Mummulus[d], accersitus a rege, patriciatus honorem emeruit. Inruentibus autem[e] iterum Langobardis in Gallias et[f] usque[g] Mustiascalmes[h] accedentibus, qui locus Ebredunensi adiacet civitati, Mummulus exercitum[i] movit et cum Burgundionibus illuc[k] proficiscitur. Circumdatisque Langobardis cum exercitu, factis etiam concisis per devia silvarum, inruit super eos multosque ex eis interfecit[l]; nonnullos vero cepit et regi suo Gunthramno direxit. Langobardi[2] quoque, his patratis, ad Italiam sunt regressi[m].

5. Post[3] haec Saxones[n], qui cum Langobardis in Italiam venerant, in Gallias prorumpunt et intra terretorium[o] Regensem[p], id est aput[q] Stablonem[r] villam, castra constituunt, discurrentes per villas[s] urbium vicinarum, diripientes praedas, captivos abducentes[t] vel etiam cuncta vastantes. Quod cum Mummulus conperisset, super eos cum exercitu inruit multosque ex eis interfecit; donec[u] nox finem faceret, caedere[v] non cessavit. Ignaros enim reppererat homines et nihil de his quae accesserant[w] autumantes. Mane autem facto, statuunt[x] Saxones exercitum, praeparantes se fortiter[4] ad bellum;
*p. 95. * sed intercurrentibus nuntiis, pacem fecerunt, datisque muneribus Mummulo, relictis captivis et universa praeda, ad Italiam[y] revertuntur.

6. Igitur[5] regressi Saxones in[z] Italiam, adsumptis secum uxoribus atque parvulis suis vel omni[a] supellectili, rursum

a) Francis A 3. b) *ita* A 1. E 1. F 1. G 1, *cum aliquot Gregorii codd.*; Disced. *ceteri.* c) *ita* A 1. 4. F. G, *cum Greg.*; Euinus A 5. 6; Ennuis C 1; Emius B 2. D 3. 4. 10; Ennius A *2. 3. D 1. 2. E 1. H 1. I 1; Hennius A 2. d) Mummolus B 1. C 2. D 2. 3. I 3 *constanter, cum Greg.*; Mumulus *hoc loco et nonnumquam* F 1. e) *deest* C 1. D, *cum Greg.* f) *deest* B 1. g) u. ad G 2. h) Musciascalmes B 1a. 2. C 2; Mutiascalmes *e corr.* D 1, *et ita ceteri* D. H 1; Mustiamscalmes F. G; Mustiamscalmas I 1; Musticamscalmes F 5; Mustriascalmes A 5. 6; Musarias alpes L 1; Brientum I 3. i) exercitu A 2. F 1. k) illic A 2? C *1. 1. l) interficit G 1; occisit G 2. m) reversi D 2. 3. n) Saxsones C 1. o) terreturio E 1. p) *ita* A 1. *2. 2. 4. 5. B 1. 2. F 1. 4, *cum Greg.*; Regense C. D. E 1, *alii*; Regens est id est G 1; Remense H 1. q) *deest* C *1. r) Stabblonem A 2. C *1. G1; Stalbonem A 3. s) vias A 1. t) adduc. A *2. 2. 4. 5. B 1. 2. E 1. G 3; ducentes D 3. 10. u) et d. D 10. G 1. 5a. b. H 1, *et e corr.* C *1. F 1. G 3; ac donec F 2. G 5c; et dum L 1. v) a c(a)ede C 1. 2. I 1. w) *ita* A 1. 2. 4. B 1. 2. C *1. D 1. 1a. 10. F 1. 4. G 1. 4. H 1, *cum Greg.*; acceserant G 3; accesserat A *2. E 1. F *2; acciderant C 1. 2. D 2. 3. G 2. 5a. b, *alii.* x) statuit G 1; statim G 2. y) Italia F 1. z) ad F. G 1—4. a) s. omnique C 1. 2. — superlectili F 1. G 1. 3. 4.

1) *Ex Greg. l. l.; cf. Marium a.* 574. *et Cont. Prosp.* 2) Langobardi — regressi *Paulus.* 3) *Ex Greg. IV*, 43. 4) fortiter, ad Italiam *Paulus.* 5) *Ex Greg. l. l.*

ad Gallias[a] deliberant redire[b], scilicet ut a Sigisperto[c] rege suscepti[1], eius possint[d] adiutorio ad patriam remeare. Certum[2] est autem, hos[e] Saxones ideo ad Italiam cum uxoribus et parvulis advenisse, ut in ea habitare deberent[f]; sed quantum datur intellegi, noluerunt Langobardorum imperiis subiacere. Sed neque eis a Langobardis permissum est in proprio iure subsistere, ideoque aestimantur[g] ad suam patriam repedasse[h]. Hi Gallias ingressuri, duos ex se cuneos faciunt; et unus quidem cuneus per Niceam urbem, alter vero per Ebredunum ingressus est, illa revertens via, quam anno superiore[i] tenuerat. Hi, quia tempus messium erat, colligentes ac triturantes frumenta, comedebant ac[3] suis animantibus ad esum praebebant. Depraedabantur pecora[k], sed nec ab incendiis abstinebant. Qui cum ad Rodanum amnem pervenissent, ut, transmeato eo, regno se Sigisperti conferrent, occurrit eis Mummulus cum[4] valida multitudine. Tunc illi valde[l] viso eo timentes, datis pro redemptione sua multis auri numismatibus, Rodanum[m] transire permissi sunt. Qui[n. 5] dum ad Sigispertum regem pergunt, multos in itinere negotiatione sua deceperunt, venundantes regulas aeris, quae ita, nescio quomodo, erant coloratae, ut auri probati atque examinati speciem simularent. Unde nonnulli hoc[o] dolo seducti, dantes aurum et aes[p] accipientes, pauperes sunt effecti. Pervenientes tamen[q] ad regem Sigispertum, ad locum unde prius egressi fuerant redire permissi sunt[6].

7. Qui dum ad suam[r] patriam venissent, invenerunt, eam ad[s] Suavis[t] et aliis gentibus, sicut supra commemoravimus[7], retineri. Contra[8] quos insurgentes, conati sunt eos extrudere[u] ac delere. At illi[v] optulerunt eis tertiam partem regionis, dicentes: 'Simul possumus vivere et sine conlisione communiter[9] habitare'. Cumque illi[w] nullo modo adquiescerent, dehinc optulerunt eis[x] medietatem; post haec duas partes,

a) Gallia G 1. b) venire C 1. c) Sigisb. C 1. G 1, *corr.* Sigib. G 2; Sigip. G 3; Sigib. *vel* Sigeb. D 2. 3, *alii.* d) possent B 1. e) hosaxones F 1. f) deberet F 1. G 1; debere G 3. g) extimantur A 1. F 1; existimantur G. h) repedassent F 1. i) superiori C 1. G 3. — tenuerunt A 3; tenuerant C *1. k) corpora G 1. 2. 5b. c. l) *deest* C *1. F. G; viso eo valde C 1. m) *deest* F. G. n) Qui — permissi sunt *des.* C 2. o) ohoc F 1; obhoc G 1. 2. 3. I 3. p) ates A 2. q) tandem D 2. 3. r) *deest* F 1. s) *ita* A 1. *2. 2. F 1; a *ceteri.* t) Suævis B 1. C 1 *saepius.* u) destruere C. D. H 1. I 1; instrudere G 1; impugnare G 2; extruderet a delere F 1. v) illis F 1. w) *deest* F. G; cum hoc G 5c. x) eis dehinc m. B 1. — medietate F 1.

1) Collecti in loco unde egressi fuerant stabilerentur. *Greg.* 2) Certum — Hi Gallias ingressuri *Paulus adjecit.* 3) ac suis — abstinebant *Paulus adjecit.* 4) cum v. m. *Paulus.* 5) Qui — deceperunt *Paulus.* 6) in loco — sunt stabiliti *Greg.* 7) *II,* 6. 8) *Ex Greg. V,* 15. 9) et communiter habitare *Paulus.*

sibi tantum tertiam reservantes. Nolentibus autem illis, optulerunt cum terra etiam omnia pecora, tantum ut a bello[a] cessarent. Sed nec hoc Saxones adquiescentes, certamen expetunt atque inter se ante certamen, qualiter uxores[b] Suavorum dividerent, statuunt. Sed non eis ut putabant evenit. Nam commisso proelio, viginti milia ex eis interempta[c] sunt, Suavorum vero quadringenti[d] octuaginta[e] ceciderunt, reliqui vero victoriam capiunt. Sex milia quoque Saxonum, qui bello superfuerant, devoverunt, se[f] neque barbam neque capillos incisuros, nisi se de Suavis hostibus ulciscerentur. Qui iterum pugnam adgredientes, vehementer adtriti sunt, et sic a bello quieverunt[g].

*p. 96. 575—577. *8. Post[1] haec tres Langobardorum duces, id est Amo[h], Zaban ac Rodanus, Gallias inruperunt. Et Amo quidem Ebredunensem carpens viam, usque Machoavilla[i], quam Mummulus munere regis meruerat, accessit ibique tentoria[k] fixit; Zaban vero per Deinsem[l] descendens urbem, usque Valentiam venit; Rodanus autem Gratianopolin[m] civitatem adgressus est. Et Amo quidem Arelatensem[n] debellavit provinciam cum urbibus qui[o] circumsitae sunt*; et usque ad ipsum Lapideum campum, qui adiacet urbi Massiliensi[p], accedens, universa[2] quae repperire[q] poterat depopulatus est;

*) I 3 *addit:* quorum nomina hec sunt: Avinion, Arausica, Vasion, Vapincum. De presule ipsius urbis. Sub ipso tempore urbem hanc et ecclesiam nobiliter et strenue regebat insignis presul Pancracius nomine[3]. Qui cum cerneret, se nequaquam hostibus resistere posse, aliquamdiu obsidionem perferens, dehinc ad montem tutissimum, qui inexpugnabilem obtinebat munitionem, in sua diocesim positum, nomine Vodoliensem, cum omnibus que habere poterat, imminens exicium declinans, secessit. Et Amo quidem obsidionem predicte urbis parans, ac eo capta atque a fundamentis ęversa, omnesque qui in ea reperti sunt, quoniam se sponte tradere noluerunt, gladio sunt perempti. Dehinc universa, vicos, urbes vel castella, que repperire poterat, usque ab ipsum Lapideum campum *etc.*

a) ab illo *corr.* ab illis F 1, *et ita* F *2. 4. G. b) uxore Suav. F 1. c) interenti A 4; interempti D. F *2. G 3. 5a. c. H 1. I 1; interepti C 1; interfecti C 2. d) quadrig. F 1. e) *ita* A 1. 4. D 1; octuoginta F 2; octoginta *alii.* — occid. F 1. f) sed A 2. g) cessarunt G 5c. h) Hamo D 3 *constanter*; Anno C 2. — Laban F 2 *const.* i) *ita* A 1. *2. E 1; Machaovillam A 2. 3. 4. 5. B. F. G 1. 2. 3; Machauvillam G 5; Machovilla D 1; Machovillam G 4. C *et plerique* D; Mochovillam H 1. k) tentoriam G 3. 4. l) Deinse A 1. H 1; Deensem E 1; Diensem C. D; Dunensem G 5b. c; Deindensem L 1; Deinsem *corr.* Ardensem G 1; *deest* F 5. m) *ita* A 1. F 1. G 1; Gramnopolim A 3; Gratianopolim *ceteri.* n) Aretensem G 1. 3. 4, *corr.* Arelatensem F 1. — devastavit A 2. — provincia F 1. G 1. o) *ita* A 1. *2. B 1. D 1. F 1. G 1, *cum Greg.*; quae *ceteri.* p) Masil. A 3. B 1. G 3. 4. I 1; Mansil. C 1. q) repperiret F 1.

1) *Greg. IV*, 44. 2) universa — depopulatus est *Pauli sunt verba.* 3) *Hic plane ignotus esse videtur; archiepiscopus Arelatensis tunc temporis fuit Sapaudus.*

Aquinsibus [a] autem obsidionem parans, viginti duabus libris [b] argenti acceptis, ab eodem loco discessit. Rodanus quoque et Zaban pari modo incendiis [1] et rapinis loca ad [c] quae accesserant demoliti sunt. Quae cum Mummulo patricio perlata fuissent, cum valida manu veniens, primum cum Rodano, qui [d] Gratianopolin [e] debellabat, conflixit et multos de eius exercitu peremit ipsumque Rodanum lancea [f] vulneratum ad montium excelsa fugere [g] conpulit. Qui exinde cum quingentis viris, qui ei [h] remanserant, per devia silvarum prorumpens, ad [i] Zaban, qui tunc urbem [k] Valentiam obsidebat, pervenit, eique [l] omnia quae acta fuerant nuntiavit [m]. Qui pariter dum ad Ebredunensem urbem omnia depraedantes [n] venissent, ibi eis Mummulus cum innumero exercitu occurrit; commissoque proelio, eosdem vicit [2]. Tunc Zaban et Rodanus Italiam repetentes, Secusium [o] devenere; quam [p] urbem Sisinnius tunc magister militum a [q] parte retinebat imperatoris. Ad [r] quem puer Mummuli adveniens, litteras ei directas a Mummulo porrexit eumque citius adventare dixit. Quo conperto, Zaban et Rodanus exinde mox ad propria discesserunt. *His auditis [s], Amo, collecta omni praeda, Italia [t] redditurus [3] * p. 97. proficiscitur; sed [u] resistentibus nivibus [v], praedam ex magna parte relinquens, vix cum suis Alpinum tramitem erumpere potuit et sic ad patriam [w] pervenit.

9. His diebus advenientibus Francis, Anagnis [x, 4] castrum, quod super Tridentum in confinio Italiae positum est, se

a) Aquinsibus *corr.* Aquensibus F 1, *et ita* F 2—4. G 5c. I 3; Aquiensibus A *3; Aquinensibus C. D. I 1. b) libras A 2. F 1; libras — acceptas G 3. 4; l. auri C 2. c) atque a. A 1; atquem *corr.* ad quae G 4; ad quem G 3; quam *corr.* quae G 1. d) quin A 3; quia G 2. e) Gratiānopolim A 1; Gramnopolim A 3. f) lanceam G 1. g) fugire G 1. 3. 4. h) eius F 1. i) a G 1. k) *deest* B 1. D 3. l) eaque o. acta A 2. m) nuntiavit — urbem *des.* C *1. 3, *in* D 1 *post suppleta*; C *1 *post add.* narravit; C 1 *de suo ita lacunam explevit*: retulit itemque cum Galliam ad supra (*e corr.*) scriptum locum. n) depredante A 2. F 1. o) secū un̄ A 4; Secussium C 1. 4b; Secusiam I 1; Secusium *corr.* Segusium F 1; Seusium A 3. G 1. 2. 3. 5a. b. I 3 — devenire G 1. 3. 4. p) Qua (?) urbe F 1. q) *deest* F 1. r) atque A 2, *corr.* ad quem A 1. F 1. G 1. 2; at quem C 1. D 1; atque vero C *1. s) *deest* A 3, *ubi* collectam nimiam predam. t) *ita* A 1. *2. 2. E 1. F 1. G 1. 3. 4; Italiam *ceteri.* — redditurus A 1; reditus G 3; *deest* G 5b. c. u) *deest* A *3. v) nibi *alia manu corr.* nibis A 1; nibus A 2, *corr.* nivibus F 1; nivis A *2; nillibus I 1; sibi F 4. G; omnibus I 3; Burgundionibus F 5. — predam — potuit *omissa post suppl.* D 1. w) patria G 1. x) Anamnis A 3; Adagnis C 2. I 3; Magnis D 2; Anaginis D 10; Inagnis F 1. G 1—4; in Anagnis castris G 5b. c; — *infra* Anannis E 1; Agnis G 1. 3. 4.

1) inc. et r. demoliti sunt; cum valida manu *Paulus.* 2) *Cf. Cont. Prosp., qui proelium super amnem Rodanum haud procul a loco Agaunensium martirum (ita codex) commissum tradit.* 3) Italia rediturus; ex magna parte; Alpinum tramitem; et — pervenit *Paulus.* 4) *Nano, in Val di Non in dextra ripa fl. Nocii.* BE. *Haec ex Secundo sumta videntur; cf. fragm. supra p. 18 n. 3. editum.*

eisdem tradidit. Quam ob causam comes Langobardorum[a] de Lagare[b][1], Ragilo[c] nomine, Anagnis veniens depraedatus est. Qui dum cum praeda reverteretur[d], in campo Rotaliani[e][2] ab obvio sibi duce Francorum Chramnichis[f] cum pluribus e suis peremptus est. Qui Chramnichis non multum[g] post tempus Tridentum veniens devastavit[h]. Quem subsequens Euin[i] Tridentinus dux, in loco qui Salurnis[k] dicitur suis cum sociis interfecit praedamque omnem quam ceperat excussit. Expulsisque[l] Francis, Tridentinum territorium recepit.

10. Hoc tempore[3] Sigispertus rex Francorum occisus est fraude Hilperici[m], germani sui, cum quo bellum inierat, regnumque eius Childepertus[n], eiusdem filius, adhuc puerulus, cum Brunihilde[o] matre regendum suscepit. Euin[p] quoque dux Tridentinorum, de quo praemisimus[4], accepit uxorem filiam Garibaldi[q] Baioariorum regis.

11. Per haec tempora aput Constantinopolim, ut supra praemissum est[5], Iustinus minor regnabat, vir[6] in[r] omni avaritia deditus, contemptor pauperum, senatorum spoliator. Cui tanta fuit cupiditatis rabies[s], ut arcas iuberet ferreas fieri, in quibus ea quae rapiebat auri talenta congereret[t]. Quem etiam ferunt in heresim Pelagianam dilapsum[u]. Hic cum[7] a[v] divinis mandatis aurem cordis averteret, iusto Dei iudicio amisso rationis[w] intellectu amens effectus est. Hic Tiberium caesarem adscivit, qui eius[8] palatium vel singulas[x] provincias gubernaret, hominem iustum, utilem[9], strenuum, sapientem, elimosinarium[y], in iudiciis aequum, in victoriis

a) Languob. *hoc loco* B 1. b) Largare F 1. I 3; Lagare *corr.* Largare G 1; de Legare *vel* delegare A 4. C 1. 4b. G 2; largi revolvens G 5b. c; Lang. id volens G 5a; D 1 *in marg. signo super* La *posito addidit*: nomen oppidi, *unde* D 1a *fecit:* la nomen oppidi gare. c) Ragelo A 3. d) reverterentur F 1. 4. 5. G 1. 2. — in campo — pluribus *omissa post suppl.* D 1. e) Rotaliano D 1; Rotialiam D 2. 3. f) Chramnicis A 2; Cramnichis A 3; Chrannichis D 2; Chramnidis D 3; Charamnichis G 3. 4; Chramnichis — Chramnichis *des.* G 2, *ubi cap.* 10. *post* occisus est *additur:* cum pl. e. s. p. est; qui Gramnichis non. g) multo *corr.* multum B 1, *ubi* tempus *deest.* h) devastabat A 3. G 3. 4. i) Ebin F 1. G 3; Heuini *post corr.* Eoin G 1; Heuin G 5c; Aeuuini G 2; Eum D 1. 3. 4. E 1. — Tridentanus A 2. k) Sallurnis A 4; Saliurnis H 1; Salusnis G 4; Falurnis A 2; Salernus G 5a. b. c. l) Expulsique A 1. 2. F 1, *quod in archetypo fuisse putarim*; Expulso isque C 1. m) Chilperici A 2. n) *ita* A 1. 2. 3. B 1. F 1. G 1—4; Childebertus C 1. D 1, *alii.* o) *ita* A 1; Brunichilde A 2. B 1. C. *plerique* D. G; Brunehilde C *1; Brunilde A *3; Brunhilde F 1. p) Ein F 1 *hoc loco*; Aeuuini *post corr.* Eoin G 1. q) Garifaldi C 1; Gariphaldi C *1; Gonbaldi F 5, *corr.* Gundobaldi F 1; Gonbaldi *e corr.* G 1; Gondobaldi F 2. r) in *deest* C 4. G 5b. I 2; vir omni avaritiae D *3a. 3. 10. F *2. 5. G 5a. c, *e corr.* F 2. G 4. s) rabie F 1. t) congeret B 1; congerere F 1; congregaret G 1. 2. 3. — Quę A 2. u) dilapsus A 1. v) ad F 1. w) oracionis B 1. F 1. x) singula provincia F 1. y) eli(y)mosinarum *corr.* elimosinarium A 1. G 3. 4.

1) *Lagare, Lägerthal, infra Tridentum.* BE. 2) *Inter Salurnum et Anagnis, in dextra Nocii ripa.* BE. 3) *Cf. Greg. Tur. IV*, 52; *V*, 1. 4) c. 9. 5) *II*, 4. 6) *Ex Greg. IV*, 40. 7) cum — intellectu *Paulus.* 8) eius palatium vel *Paulus.* 9) ut. str. sap. *Greg. V*, 20.

clarum et, quod his omnibus supereminet, *verissimum[a] *p. 98. christianum. Hic[1] cum multa de thesauris quos Iustinus adgregaverat pauperibus erogaret, Suffia[b] augusta frequentius eum increpabat, quod rem publicam redigisset[c] in paupertatem, dicens: 'Quod ego multis[d] annis congregavi, tu infra paucum[e] tempus prodige dispergis'. Agebat[f] autem ille: 'Confido[2] in Domino, quia non deerit pecunia fisco nostro, tantum ut pauperes elimosinam accipiant aut[g] captivi redimantur. Hoc[h] est enim magnum thesaurum, dicente Domino: "Thesaurizate vobis thesauros[i] in caelo[k], ubi neque aerugo Matth. 6. 20. neque tinea corrumpit[l], et ubi fures non effodiunt nec furantur". Ergo de his quae[m] Dominus tribuit congregemus thesauros in caelo, et[n] Dominus nobis augere dignabitur in seculo[o]'. Igitur Iustinus[3] cum undecim[4] annis regnasset, amentiam, quam incurrerat[p], tandem cum vita finivit. Bella sane, quae per Narsetem patricium Gothis[q] vel Francis inlata superius[r] per anticipationem[s] diximus[5], huius temporibus gesta sunt. Denique et cum Roma temporibus Benedicti papae[6], vastantibus omnia per circuitum[t] Langobardis, famis penuria laboraret, multa milia frumenti navibus ab Aegypto dirigens, eam suae[u] studio misericordiae relevavit[v].

12. Mortuo igitur Iustino, Tiberius Constantinus, Romanorum regum[w] quinquagesimus, sumpsit imperium. 578. Hic cum, ut superius diximus, sub Iustino adhuc caesar[x] palatium regeret et multas cottidie elimosinas faceret, magnam ei Dominus auri copiam subministravit[7]. Nam deambulaus per[y] palatium vidit in pavimento domus tabulam[z] marmo-

a) piissimum G 3. 4. b) *ita* A 1. *2. 3. B 1. F 1. G 1. 3. 4; Soffia A 2. B 2. C 1; Sofia A 4. C *1. G 2, *e corr.* D 1. c) *ita* A 1. 2. B 1. D 1. F 1. G 1. 3. 4. d) in m. A *3. e) paucissimum D 1. G 1—4. f) *ita* A 1. *2. 2. 4. B 1. 2. C *1. 1. D 1. F 1. G 1. 2, *cum Greg.*; Aiebat *alii.* — autem *deest* G 3. g) ut A 1. C 4b. D 1. 1a. 3. F 5. G 2; et C 2. D 2. *3. 10. I 1, *e corr.* G 4. h) Hic — magnus thesaurus G 4. 5c. I 2; magnus thesaurus A 3. D 3. 10. G 5a. b. I 1; magnus thesaurum C 1. — enim *deest* F. G. I 1. i) thesauro A 1. F 1. k) ce(ę)los A 1. B 1. l) demolitur C 1. 2. D 2. 3, *superscr.* vel corrumpit B 1; demoliuntur D 1. m) quem A 2. n) et — seculo *des.* A 1. o) c(a)elo A 3. 5. F. G, *corr.* terra F 1, *et ita* G 5a. b. c; futuro sec. A 4. B 2. D (1 *e corr.* sec. f.). H 1. p) incurrebat A 1. C 1. 2. D 1 (*corr.*). q) Gothi F 1; Zothis G 2. 3. r) sicut sup. A 3. s) anticipatione F 1. t) circuitu F 1. G 1. u) suo G 1. 2. 3. v) revelavit A 2. C 1. G 1. 4. w) regnum A *2. C 3. E 1. G, *corr.* regum D 1. G 2, *corr.* regni F 1; *deest* C 2; *erasum* G 4. — imperium *deest* G 5b. c. x) *ita* A 1. 2. 4. 5. B 1. 1a. 2. E 1. F 1. G 3. 4. H 1. I 2; cesarem C 1. D 1; cesare A *2. 3, *alii.* y) in palatio A 3; per *deest* G 3; per — mar *in fine quaternionis post suppl.* D 1. z) tabula F 1.

1) *Ex Greg. Tur. V*, 19. 2) Confido in Domino *Paulus.* 3) Iustinus — finivit *Greg. V*, 30. 4) impleto octuodecimo anno *Greg. Quod falsum esse constat; nam annos fere* 13 *Justinus imperium tenuit.* 5) *II*, 1 *sqq., ubi recte sub Justiniano haec bella gesta narrantur.* 6) *Ex G. pont.* 7) *Ex Greg. V*, 19.

ream, in qua erat crux dominica sculpta[a], et ait: 'Crucem[b] Domini frontem nostram et pectora munire debemus, et[c] ecce eam[d] sub pedibus conculcamus'. Et[e] dicto citius[f] iussit eandem tabulam auferri. Defossamque tabulam atque erectam[g], inveniunt subter et aliam[h] hoc signum habentem. Qui[i] et ipsam iussit auferri. Qua amota, repperiunt et tertiam[k]. Iussumque[l] eius cum et[m] haec fuisset ablata, inveniunt magnum thesaurum habentem supra mille auri centenaria. Sublatumque aurum, pauperibus adhuc habundantius quam consueverat largitur. Narsis quoque patricius[1] Italiae cum in quadam civitate intra[2] Italiam domum magnam haberet, cum multis thesauris ad supra memoratam urbem advenit; ibique in domo sua occulte[n] cisternam magnam fodit, in qua
* p. 99. * multa milia centenariorum auri argentique reposuit. Interfectisque omnibus consciis, uni tantummodo seni[o] haec per[p] iuramentum[q] ab eo exigens commendavit. Defuncto vero Narsete, supradictus senex[r] ad caesarem Tiberium veniens, dixit: 'Si', inquid, 'mihi aliquid prodest, magnam rem tibi, caesarem[s], dicam'. Cui ille: 'Dic', ait, 'quod[t] vis; proderit[u] enim tibi, si quid[v] nobis profuturum esse narraveris'. 'Thesaurum'[w], inquid, 'Narsis reconditum habeo, quod[x] in extremo vitae[y] positus celare non possum'. Tunc caesar Tiberius gavisus mittit usque ad locum pueros suos. Recedente[z] vero sene[a], hi[b] secuntur attoniti; pervenientesque ad cisternam, deopertamque[c] ingrediuntur. In qua tantum auri[d] vel argenti repertum est, ut per multos dies vix a deportantibus potuisset evacuari. Quae ille pene[3] omnia secundum suum morem erogatione largiflua dispensavit egenis. Hic[e] cum augustalem[f]

a) scalpta A 2; sculta C 2; sclupta G 2. b) *ita* A *2. B 1. 2. C. D 1. G 1—4. I 1, *cum Greg.*; cruce A 1? 3. 4. 5. 5a. B 1a. D (1 *e corr.*). F. G 5a. b. c. H 1. I 2. 3. — *post* Domini *add.* in G 1. 3, qua C. D (*praeter* D *3. 3. 10). I 1. c) et — conculcamus *des.* G 3. 3a; et *deest* A 2? C 1. d) ea G 1; ad F 1. e) Et hoc d. A *3; Et — auferri *des.* G 5b. c; Defossamque — auferri *des.* C 2. f) ocius F 1. g) Defossaque tabula atque erecta A 3. D 2. 3. G 2, *alii.* h) alia F 1. i) Qui *corr.* Quam D 1, *et ita alii* D; Qui — tertiam *des.* I 2. k) tertia F 1. l) *ita* D 1. F 1, *cum Greg.*; iussique A 1; iusso G 1; iussu G 2; iussuque *ceteri.* m) *deest* A *2. 3. 5. B 1a. 2 (*post add.*). C. D. E 1. G 2. 5c. n) *deest* G 5b; in c. A 3. o) senim *corr.* puero F 1, *et ita* F 2. 4 (*corr.* seni). p) *deest* A 4. G 2. q) iuramento A 1. *2, *corr. eadem manu* iuramentum A 2; iuramentim F 1. r) puer iam senex *e corr.* F 1, *et ita* F 2. 4. s) *ita* A 1. *2. 2 (c. t.). 4. F 1; c(a)esare A 5. E 1. H 1; c(a)esar *ceteri.* t) quid A 2. D 1 *e corr.*, *et ita ceteri* D. F 5. G 2. 3. 5a. c. I 1. u) proderim F 1; prod enim erit t. G *2. v) quis A 2. F 1. w) thesauri F 1. G 1. x) quoniam A 2. y) *deest* G 2. z) Recedentem G 2. 3; Recedentes F 1; Precedente B 1a. D 2. *3a. 3. 10. G 5a. b. c; Precedentem C 4b; Procedente F 5. a) senes F 1; senem C 4b. F 2. 3. G 1—4. b) hic E 1; hunc F 1. G *2. 3. 4; hinc G 2; *deest* D 2. G 5b. c) deopertaque F 1. G 1. *2. 2. 3; que *deest* C 1. 2. D 2. G 5c. H 1; deoperientesque eam D 3. d) aurum vel argentum A 2. B 1. e) Hic autem C 1. D 1. 2. 3. f) agust. F 1.

1) dux *Greg.* 2) intra Italiam *Paulus.* 3) pene omnia s. s. m. *Paulus.*

coronam accepturus esset, eumque[1] iuxta consuetudinem ad spectaculum circi populus expectaret, insidias ei praeparans[a], ut Iustinianum, Iustini nepotem, ad dignitatem imperatoriam[b] sublimaret: ille per loca sancta prius[c] procedens, dehinc vocatum[d] ad se pontificem urbis, cum consulibus ac praefectis palatium ingressus, indutus[e] purpura, diademate coronatus, throno imperiali[f] inpositus, cum inmensis laudibus in regni est gloria confirmatus[g]. Quod eius adversarii audientes nihilque ei, qui in Deo spem suam posuerat, officere[h] valentes, magno sunt confusionis pudore cooperti. Transactis autem paucis diebus adveniens Iustinianus, pedibus se proiecit imperatoris, ob meritum gratiae quindecim[i] ei auri centenaria[k] deferens. Quem ille[l] secundum patientiae suae ritum colligens, sibi in palatio assistere iussit. Sophia[m] vero augusta, inmemor promissionis quam[n] condam[o] in Tiberium habuerat, insidias ei temptavit ingerere. Procedente autem eo ad villam, ut iuxta ritum imperiale[p] triginta diebus ad vindemiam iocundaretur, vocato clam[q] Iustiniano[r], voluit eum sublimare[2] in regno. Quo comperto, Tiberius cursu veloci Constantinopolim regreditur adprehensamque augustam[s] omnibus thesauris spoliavit, solum ei victus cottidiani alimentum relinquens. Segregatisque pueris eius ab ea, alios de fidelibus suis posuit, qui ei[t] parerent, mandans prorsus, ut nullus de anterioribus[u] ad eam haberet accessum. Iustinianum vero verbis solummodo obiurgatum tanto in posterum amore dilexit, ut filio eius filiam suam promitteret rursumque filio suo filiam eius expeteret. Sed haec res, quam[3] ob causam nescio, ad effectum minime pervenit. Huius exercitus ab[4] eo directus Persas potentissime debellavit; * victorque regrediens, tantam molem[v] praedae cum viginti pariter elefantis detulit, ut[w] humanae crederetur posse sufficere[x] cupiditati. *p. 100.

a) preparante Sophia C 3. b) imperatoria F 1. c) protinus A 3. d) vocato — pontifice C 4b. D 2. *3a. 10. G 5c; vocato — pontificem A 3. C *1; pontificum G 3. 4. e) i. est — coronatus est G 2. f) imperialis F 1. g) est sublimatus B 1. h) efficere A 4. F 1 *e corr., et ita* F 2. 4. I 2. 3; hoc facere non v. *corr.* officere v. D 1; nocere D 2; val. *deest* G 3. 4 (*post add.*). i) quindecim — argentique decoravit (*IV*, 21) *des.* A 3, *quaternione uno vel duobus evulsis.* k) centin. A 1; centaria F 1. G 1. l) *deest* G 3. 4. m) *ita codd. hoc loco.* n) qua A 2. o) *ita* A 1. *2. 4. E 1; quandam G 1—4; quondam *e corr.* F 1. p) *ita* A 1. 2. 4. 5. C 1. D 1. F 1, *cum Greg. codd.* q) iam G 1 (*corr.* clam). *2. 2. 3. 4; ea G 5a; ab ea G 5b. c; absconse L 1. r) Iustino C 1; Iustiano D 1 *ubique.* s) agusta F 1. t) eis A 2. F 1. u) int. A *3. v) molam A *2; tanta molem predem F 1; tanto mole G 1. *2. 3. 4; tante molis predam F *2. w) ut *deest* F 1; ut cum *corr.* ut vix G 1; ut h. c. *des.* G 4, *ubi corr. scripsit*: quanta suae posset. x) sufficeret F 1.

1) *Ex Greg. Tur. V*, 30, *paucis tantum verbis mutatis.* 2) erigere in imperium *Greg.* 3) quam ob causam nescio *Paulus.* 4) ab eo directus, potentissime *Paulus.*

13. Ad[1] hunc Hilpericus Francorum rex suos legatos dirigens, multa ab eo ornamenta, aureos etiam singularum librarum suscepit, habentes ab[a] una parte effigiem imperatoris[b] et[c] scriptum in circulo: TIBERII. CONSTANTINI. PERPETUI[d]. AUGUSTI, ab alia vero[e] parte habentes quadrigam[f] et ascensorem continentesque scriptum: GLORIA. ROMANORUM. Huius[2] in[g] diebus beatus Gregorius diaconus, qui post[h] papa extitit, cum esset apocrisarius, aput eandem regiam urbem[i] Morales[3] libros conposuit Euthiciumque[k] eiusdem urbis episcopum de resurrectione[l] errantem[m] in conspectu eiusdem augusti superavit. Hac[n] etiam tempestate Faroald[o], primus Spolitanorum dux, cum[p] Langobardorum exercitu Classem invadens, opulentam urbem spoliatam cunctis divitiis nudam reliquid[4].

14. Mortuo vero aput Aquileiam patriarcha[q] Probino, qui[r] ecclesiam unum rexerat anno[s], eidem ecclesiae sacerdos Helias[t] praeficitur.

582. 15. Tiberius igitur[u] Constantinus pòstquam imperium septem rexerat annis, sentiens[5] sibi diem mortis imminere, una cum consilio Sophiae augustae Mauricium, genere Cappadocem[v], virum strenuum, ad imperium elegit, ornatamque suam filiam[w] regalibus ornamentis, ei eam[x] tradidit, dicens: 'Sit tibi imperium meum cum hac puella concessum. Utere eo felix, memor semper, ut aequitate et iustitia delecteris'. Haec[y] postquam dixit, de hac luce[z] ad aeternam patriam migravit, magnum luctum populis[a] de sua[b] morte relinquens. Fuit enim summae bonitatis, in elimosinis promptus, in iudiciis iustus, in iudicando cautissimus, nullum despiciens, sed omnes in bona voluntate conplectens; omnes diligens, ipse quoque est dilectus a cunctis. Quo defuncto, Mau-

a) ab — habentes *des.* B 3. b) imperatori F 1. c) *deest* F. G; scriptus F 1. d) imperii G '2. e) *deest* C 3. D. f) quam *corr.* equum F 1. g) *deest* B 3. F. G. h) *deest* C 1; postea B 3. i) *deest* G '2. k) Euthicumque F 1; Euticiumque B 3. G 2; Euthicemque C 1; Eutychemque C 2. l) resurrectionem C 1. F 1. G 1. m) dubitantem D 2. n) *cap.* 14. *hoc loco inc.* D 3. o) Faroal F 1. G 1; Foroal F 5; Foroald A 6; Feroald A 5; Faruald A 3. G 3. 4; Farcald G 5a; Faroaldus B 3. D 2. G 5b, *alii.* p) *deest* F 1. G 1. 4, *qui habent* exercitum. q) patriarcham G 1. r) eandem *post add.* F 1. s) *ita* A 1. 2. 5. F 1. G 5a. b; uno — anno A '3. 4. B 2. G 5c; unum — annum *ceteri*; qui — ann. *des.* F 5. — idem A 2. F 1. G 1. t) Heleas G 2; Elias G 3. u) *deest* G 2. v) Capad. G 1. 2; Cappadocum D 2. w) ornataque (ornatamque F 1) sua filia F 1. G 1. '2. 4. 5a. b. c. x) etiam A '3. y) Dixit haec postque, *eraso* quam G 2. z) lucem F 1. a) populo 1. G 2; populos C 1; *deest* C 2. b) suam mortem F 1.

1) *Ex Greg. Tur. VI*, 2. 2) *Ex Beda, verbis nonnullis mutatis.* 3) libros expositionis in Iob *Beda. Cf. V. Gregorii M. c.* 8. 9. 4) *Haec ex Droctulfi epitaphio c.* 19. *sumta esse videntur; sed num de Faroaldo Spoletano ibi sit sermo, dubitari potest.* 5) *Ex Greg. VI*, 30.

ricius indutus purpura, redimitus[a] diademate, ad circum processit, adclamatisque sibi laudibus, largita[b] populo munera, primus[c. 1] ex Grecorum[d] genere in imperio confirmatus est.

16. At vero Langobardi cum per annos decem sub potestate[e] ducum fuissent, tandem communi consilio Authari[f], Clephonis[g] filium supra memorati principis, regem *sibi statuerunt[2]. Quem etiam ob dignitatem Flavium[h] *p. 101. appellarunt[i]. Quo praenomine omnes qui postea fuerunt Langobardorum reges[k] feliciter usi sunt. Huius in diebus ob restaurationem regni duces qui tunc erant omnem[l] substantiarum suarum medietatem[m] regalibus usibus tribuunt, ut esse possit, unde rex ipse sive qui ei adhaererent[n] eiusque obsequiis per diversa officia dediti alerentur. Populi tamen adgravati per Langobardos hospites partiuntur[o. 3]. Erat sane hoc mirabile[p] in regno Langobardorum: nulla erat violentia, nullae struebantur[q] insidiae; nemo aliquem iniuste angariabat, nemo[r] spoliabat; non erant furta, non latrocinia; unusquisque quo libebat[s] securus sine timore pergebat[4].

17. Hoc[5] tempore Mauricius imperator Childeperto regi Francorum quinquaginta milia solidos per legatos suos direxit[t], ut cum[6] exercitu[u] super Langobardos inrueret eosque de Italia exterminaret. Qui cum innumera Francorum multitudine in Italiam subito introivit[v]. Langobardi[7] vero in civitatibus se communientes, intercurrentibus legatis oblatisque muneribus, pacem cum Childeperto[w] fecerunt. Qui cum ad

a) redimitur G 1; redimur G *2; redimiturque G 2. b) l. sunt A 5. 6; post largita D *3a. 4; fecit l. G 3 (largita *corr.* larga). 4; largito A 2; largitus C 1. F 2; largitus est I 2; larga B 1a. 2. 3; larga p. m. exhibens F 5; larga tribuit *e corr.* D 1a. c) numerarius ex F 1; m. prius G 1. 2. 3; p. *deest* F 2a. 5; primusque *e corr.* D 1, *et ita alii* D. G 5a. b. c. d) Gregorum generem F 1. e) potestatem ductum F 1; iudicum G 5c. f) Auctari E 1; Autharic A *2; Autharith D *3. 3. 4. 10; Autharicum D 2; Autharium F 2. G 1. 4; Autherius G 5c, *sed infra plerumque* Othari. g) Chleponis C *1. 1; Chlephonis D 1; Clavonis A 5; Clafonis G 5c; Dephonis A 2; Dephoni F 1, *ubi*: supramemoratis principibus. h) fluvium *corr.* flav. F 1. i) appellaverunt A 2. C 1. D, *alii.* k) regem F 1; duces D 3. l) omnium A 3. m) medietate F 1. n) adherent I 3, *corr.* adhererent D 1a; adherant F 1, *corr.* adheserant G 1, *et ita* G 6; aderant *corr.* aderent E 1; aderant F 2. 4. 5. G 2. 3. 4. 5c. o) pactiuntur *corr. eadem manu* partiuntur C 1; patiuntur D 2. 3. H 1. — hospicia B 2; hospites — regno Lang. *des.* F 5. p) mirabilem F 1. G 1? q) stragebantur A 2. r) n. sp. *des.* D 2. s) volebat E 1. F 1. 2. G. I 1; nemo — libebat *post suppl.* D 1; *post* libebat *duae fere lineae erasae* F 1. t) ob hoc d. C. D. u) exercitus F 1. v) intravit A 2; introibat D; introbibit F 1. w) Chilperto A 1; Childebertum D 1.

1) primus ex Grecorum genere *Paulus.* 2) *Cf. Orig.* 3) *Cf. supra II*, 32. 4) *Haec cum vera historia parum convenire, Pabst monuit, Forschungen II, p.* 425 *n.* 5) *Ex Greg. Tur. VI*, 42. 6) cum — inrueret; cum innumera Fr. mult.; subito *Paulus.* 7) *Paulus hic a Gregorio recedit, quo teste Langobardi* subdiderunt se ditioni eius, ... promittentes se parti eius esse fideles atque subiectos.

Gallias remeasset[a], cognito imperator Mauricius, quia cum Langobardis foedus inierit[b], solidos, quos[1] ei ob Langobardorum detrimento[c] dederat, repetere coepit. Sed ille suarum virium potentia[d] fretus, pro hac re nec[e] responsum reddere voluit.

18. His ita gestis, Authari rex Brexillum[f] civitatem super Padi marginem positam expugnare adgressus est. In qua[g] Droctulft[h] dux a[i] Langobardis confugerat, seque partibus imperatoris tradens, sociatus militibus, Langobardorum exercitui[k] fortiter resistebat[2]. Iste ex Suavorum, hoc est Alamannorum[l], gente oriundus[m], inter Langobardos creverat, et quia[n] erat forma idoneus, ducatus honorem meruerat; sed cum occasione[o] ulciscendae suae captivitatis[p] repperit, contra Langobardorum ilico arma surrexit. Adversus[q] quem Langobardi gravia bella gesserunt, tandemque[r]
*p. 102. eum cum *militibus quos iuvabat exuperantes, Ravennam cedere[s] conpulerunt. Brexillus[t] capta est, muri quoque eius solum[u] ad usque destructi sunt[3]. Post haec Authari rex
584 ex. vel 585. cum Smaracdo[v] patricio, qui tunc Ravennae praeerat, usque in annum tertium pacem fecit[4].

19. Huius[w] sane Droctulft, de quo praemisimus, ammi-

a) remeassent A 2. b) inierat C, *e corr.* D 1. c) *ita* A 1. *2. 2. 4. C 1. D 1. F 1. 2. G 1. *2. 3. 4; detrimenta A 3; detrimentum A 5. B 2. E 1. F 5. G 2. 5a. b, *e corr.* D 1 *et ceteri* D. d) potentiam F 1. G 1. — virium *deest* A 3; pot. — responsum *des.* G 3; pro — resp. *des.* G 4. e) ne C 1. F 1. G *2. f) Brexillam C 2. D 1. 2; Brixillum G 5c; Brax. *in rubra* A 2. g) quam A 4. F 5. G 5a. b. h) *ita* A *3. 3. D 1. *3. *3a. 6. 10; Droctrulft *hoc loco* A 1, *infra* Doctulft; Doctrulft A 2; Droctrulf D 4. F 2. G 5a; Droctulf C 1. 2. I 3, *postea etiam* G 2. 4. 5c; Droctulfus D 2. 3; Droctulfos *corr.* Droctulfus E 1; Droctrulst F 1; Drochtrulf (*postea* Drochtulf) G 3; Dructulf F 5; Doctrulf A *4. F 2. 4. G 1. 2. 4. 5b; Doctrulfus B 2; Ductrulf G 5c; Droct . . . stalt A 4. i) *deest* A 1. G 4. k) exercitu F 1. G 1. l) Alanmannorum F 1. m) captivus *post add.* F 1. n) qui erat G 1. 4. 6, *corr.* quieverat G 2, *et ita* G 3. 5a. b. c. — forma — meruerat *des.* F 1 (—emeruerat *post suppl.*). G; quia quaerebat secum occasionem F 2. 4 (*corr. ut edit.*). o) *ita* A 1. 2? D 1. F 1. G 1. 5b (*ubi* repperit *deest*); occasionem *ceteri.* p) tandem *post add.* F 1. q) Adversusque Langobardis F 1; Langobardis C 1; Adversusque (quod 2) Langobardos g. b. gesserat (gessit 2) G 1—5a; c. Langobardos arma suscepit adversus quos et g. b. gessit G 5b. c; grav(b)i A 1. F 1. r) tandemque — exuperantes *des.* D 2. *3. *3a. 3. 8. 9. s) *deest* F. G. — conpulero *corr.* conpulerant G 1; compulere G 2. t) vi *post add.* F 1. u) ad s. u. C. D. G 2. 3. 4. v) *ita* A 1. D 1. F 1. G 5c; Smaragdo *plerique alii.* w) Huius — extullerunt *des.* F 5.

1) quos — dederat; suarum virium potentia fretus *Paulus.* 2) *Cf. Theophylact. II,* 17, *qui ejus facta narrat, et Greg. M. Reg. I,* 85; *X,* 44, *qui eum* de hostibus ad rem publicam venientem *Gennadio patricio Africae commendat.* BE. 3) *Nescio an conjecturae indulgere fas sit, quod de Brexillo ab Authari rege capto narratur ex epitaphio ortum esse, ubi Brexillum a Droctulfo captum dicitur.* 4) *Pacem inter Autharium regem et Smaragdum praecessisse annum* 586, *argumento est epistola prima Pelagii II. ad episcopos Istriae, quam dicto anno datam communiter affirmant (Mansi IX, p.* 891*).* BI.

niculo saepe Ravennatium[a] milites adversum[b] Langobardos dimicarunt[c], extructaque classe, Langobardos, qui Classe[d] urbem tenebant, hoc adiuvante[e] pepulerunt. Cui, cum vitae explesset terminum, honorabile[f] sepulchrum ante limina beati Vitalis[g] martyris tribuentes, tali[h] eius laudes[i] epitaphio extullerunt:

'Clauditur[k] hoc tumulo, tantum sed corpore, Drocton[l];
Nam meritis toto[m] vivit in orbe[n] suis.
Cum Bardis[o] fuit ipse quidem, nam[p] gente Suavus[q];
Omnibus et populis inde suavis erat.
Terribilis visu[r] facies, sed mente[s] benignus,
Longaque robusto pectore barba fuit.
Hic et amans[t] semper Romana ac[u] publica signa,
Vastator genti[v] adfuit ipse suae.
Contempsit caros[w], dum nos amat ille, parentes,
Hanc patriam[x] reputans esse Ravenna[y] suam.
Huius prima fuit Brexilli[z] gloria capti;
Quo[a] residens cunctis hostibus horror erat.
Quo[b] Romana potens valuit post signa iubare[c],
Vexillum[d] primum Christus habere dedit.
* Inde etiam, retinet dum Classem[e] fraude Faroaldus[f], *p. 103.
Vindicet[g] ut Classem, classibus arma parat.

a) Ravennantium A 1? 3. C *1. F 1. G 3; Ravennatum D 2. — milites *deest* D 2. 3. b) adversus A 2. F 1. c) d. e. c. L. *des.* G 3. 4. I 3. L 1; cl. L. qui *des.* E 1, *in margine suppleta.* d) Classem A 2. 3. C. D. E 1. F 1. G 1. 2. 3. 5a. e) adiubantem F 1. f) honorabilem F 1. G 1. g) Vitali F 1. h) talis A 1? C 1. i) *deest* G 2. k) *novum cap.* (XX) *inc.* F 1. *Legitur epitaphium etiam in cod. Paris.* 528, *s. X, et Palatino* 833, *ex quo Gruterus edidit; praeterea valde corruptum et primis versibus mutatis in cod. Harlei.* 3685, *cujus copiam fecit V. Cl. Dümmler. Incipit:*

Cernite consurgens cultu meliore sepulchrum,
Quod gens infelix vertere non timuit,
Nec nocuit quidquam meritis, nec damna paravit,
Sed sibi prava gerens contulit exitium.
Huius prima *etc.*

l) Doctron B 2; Toctron *Par.*; Droctron D 4. H 1; Droctun G 4; Drocto A 5. 6; Droctuf E 1; Droctulft A 3; Droctulf G 5c. I 3; Droctrulf H 3; Doctrulf F 4. G 2. 5a. b. m) tota A 3. C 1. 2. D 1; totus F 5. n) urbis *corr.* orbe A 1. F 1. 2; ubis *corr.* orbe A 2; urbe *corr.* orbe D 1; urbis *corr.* urbi G 3, *et ita* G 4; urbe A 4. B 2. D 1a. 2. 3. E 1; urbibus F 2; verbis I 3. o) uadis F 1; Langobardis A *3. p) sed *Par.* q) Suavus — suavis erat *e corr.* F 1. r) visus F 1. s) mentes A 1; f. redimente G 1. 2; f. redimita G 5a. b. c. t) ama *corr.* amans F 1. G 1; ama G 3; arma G 4. H; adamaus G 2. u) et *Par.* v) gentis A 4. 5. C 2. D 3. G. I 1. *Pal. Par.* w) caro F 1. x) patria F 1. y) Ravana D 1; Ravennam A 2. 4. E 1. F 1. I 3. L 1. z) Bresilli F 1; Brexilla F 4. G 1. a) *hic versus deest Pal.* b) *ita* A 1. E 1. G 1. 5b; Qui *ceteri.* — Roma A 2; Quo — iubare *des.* E 1. c) *ita pro* iuvare A 1. 2. C *1. 1. D 1. G 1. 4; iuvari D 4; uibrare B 1. d) vixillum G 1. 2. 3. *Par.*; Brexillum L 1. — primus F 1. e) Classe A 1. 2. G 3. — fraudem A 1; fraude — Classem *des.* F 1 (*post suppl.*). f) Faroldus G 2. *Par.*; Faruuldus G 1. 3; Faroald C 1. g) Vindicit F 2. G 1. 3; Vindicat G 4. H 1; Vindicem C *1. I 1; Vincent C 1.

Puppibus exiguis decertans amne Badrino[a, 1],
Bardorum innumeras vicit et ipse manus.
Rursus et in terris Avarem[b] superavit eois[c],
Conquirens[d] dominis maxima palma[e] suis[2].
Martyris auxilio Vitalis fultus, ad istos
Pervenit victor[f] saepe triumphos[g] ovans;
Cuius et in templis petiit sua membra iacere[h],
Haec loca post mortem[i] bustis[k] habere iubat[l].
Ipse sacerdotem[m] moriens petit ista Iohannem,
His[n] rediit[o] terris cuius amore pio'.

20. Denique[3] post Benedictum papam[p] Pelagius Romanae ecclesiae pontifex absque iussione principis ordinatus est[q], eo quod Langobardi Romam[r] per circuitum obsiderent, nec posset quisquam a Roma progredi. Hic Pelagius Heliae Aquileiensi[s] episcopo, nolenti tria capitula Calchidonensis[t] synodi suspicere, epistulam satis utilem misit[4]. Quam beatus Gregorius, cum esset adhuc diaconus, conscripsit.

21. Interea Childepertus rex Francorum bellum adversum Hispanos gerens, eosdem[u] acie superavit[5]. Causa autem huius certaminis ista[v] fuit. Childepertus rex Ingundem sororem suam Herminigildo[w], Levigildi[x] Hispanorum regis filio, in coniugium[y] tradiderat. Qui[z, 6] Herminigildus praedicatione Leandri[a] episcopi Hispalensis atque adhortatione suae coniugis ab Arriana heresi, qua[b] pater suus languebat, ad catholicam fidem conversus fuerat. Quem pater inpius[c] in ipso sacrato paschali die[d] securi percussum[e] interemerat[f].

a) Bradino C 3. D; Bradrino A *4. E 1. F 1; Bardino I 3; Batrino B 1a. 2. G 3; Tatrino G 4; Bitrino G 1 (*corr.* Bratrino). 2; Betrino G 5a. b. c. b) Abarem F 1. G 1. 2. 3; Abaram G 4; Avarim *Par.* c) eohis D 1; eolis A 2. B 1a. 2; eis A 4. C 1; eos E 1. F 1. G 1. 3. 4. L 1; eosdem G 2; eosque F 4; ipsos G 5a. b. c; et illos F 5. d) *in* F 1 *corrector super* eos conquirens *scripsit:* Quippe domi positis, *quae* F 1a *recepit.* e) lucra *Par.* f) claros *post add.* F 1. g) triumfos *e corr.* D 1; triumphos *corr.* triumphus G 2. 5a, *et ita* A 3. 5. D 6. 10. G 5b; triumphans B 2; triumphat C 1. 4b. D 2. H 1. I 1. h) iaceret A 2. i) morte F 1. k) membra tenere *Par.* l) *ita pro* iuvat A 1. 2. 3. D 1. E 1. F 1. G 1. *Par.*; iuvandus A 4. m) sacerdote F 1. n) His — pio *des.* F 2; Is *Par.* o) redit G 1. 3; reddit G 5a. I 2; reddi G 4; reddit. dignus G 5b. c; rediens I 3; ut reddat F 5; reddidit E 1. p) papa F 1. q) *deest* G 1. 3. r) Romanam F 1. s) Aquileinensi C 1; Aquilegensis F 1; Aquiligensi G 1. 2. — ep. n. t. c. C. *des.* A 2. t) Calced. A *3, *alii.* u) eodem acies A 1; acies F 1; easdem acies *corr.* eosdem acies G 1; eorundem aciem G 5c. v) ita A 1. G 3. 4; haec C 1. w) Hermigildo A 2. G 3. x) Leuuigildis C 1. D 1; Sevichildis C 2. y) coniugio F 2a. G 1. 4. z) Qui cum C *1. a) Heleandri F 2. 4. b) quam A 2. c) ipsius A 1; inpium F 1. d) dei A 2? 3? *ed. Mur.* e) percussus F 1; percussu C *1; percursum C 1; percurrum G 3. 4. f) intererat F 1; interimerat D 1. F 2. G 1. 3. 4.

1) *Padoreno, brachium Padi*; *cf. Fantuzzi, Mon. Ravenn. I,* 120. 313. BE. 2) *Cf. Theophyl. l. l.* BE. 3) *Haec ex G. pont.;* nec — progredi *a Paulo addita.* 4) *Tres potius fuerunt, scriptae a.* 585. *vel* 586, *apud Baronium ad a.* 584. *et inde Mansi IX,* 891; *Troya, Cod. dipl. Lang. I,* 22. BE. 5) *Greg. Tur. VIII,* 28, *de expeditione Guntchramni regis narrat.* 6) *Ex Greg. M. Dial. III,* 31. *sumta videntur.*

Ingundis vero post mariti et martyris funus de Hispanis[a] fugiens, dum Gallias repedare vellet, in manus militum incidens, qui in limite[b] adversum Hispanos * Gotthos[c] residebant[d], * p. 104. cum parvo filio capta atque in Siciliam[e] ducta[f] est[1] ibique diem clausit extremum. Filius vero eius imperatori Mauricio Constantinopolim[g] est transmissus[2].

22. Rursum[h. 3] Mauricius[i] augustus legatos ad[k] Childepertum mittens, eum, ut contra Langobardos in Italiam exercitum dirigeret, persuasit. Childepertus existimans suam[l] adhuc germanam aput Constantinopolim vivere[m], legatis Mauricii[n] adquiescens, ut suam possit[o] sororem recipere[p], iterum adversum[q] Langobardos Francorum exercitum ad Italiam direxit. Contra quos dum Langobardorum acies properarent[r], Franci[4] et Alamanni dissensionem[s] inter se habentes, sine ullius lucri[t] conquesitione[u] ad patriam sunt reversi[v].

23.[w] Eo[x] tempore fuit aquae diluvium in finibus Veneciarum et Liguriae[y] seu ceteris regionibus Italiae, quale[z] post Noe tempore[a] creditur non fuisse[b]. Factae sunt lavinae[c. 5] possessionum seu villarum hominumque pariter et animantium magnus interitus. Destructa sunt itinera, dissipatae viae, tantum tuncque[d] Atesis[e] fluvius excrevit, ut circa basilicam[f] beati Zenonis[g] martyris, quae extra Veronensis[h] urbis muros sita est, usque ad superiores fenestras

a) Hispanis *corr.* Hispaniis D 1. F 1. G 1, *et ita* A *2. 3. B 1a. 2. C 4b. D 2. 3. 10. F 5. G 4. 5a. b. c. H 1. I 1. 2; Hispania E 1. b) limitem A 2; l. ad nesum *corr.* l. adversum F 1. G 1; ad nesum inter G 5a. b. c; adnisum F 2; quae limitem adnixum F *2; quin milite adnisum G 3; in limite *vel* in milite *et* Gothos *erasum* G 4; in milite adv. D 1a. c) *ita* A 1. G 1; Gotthos *corr.* et Gothos F 1, *et ita* G 5a. b. c; Gothos *corr.* Gothosque G 2, *et ita* G 4. B 1a; Gothos Hispanos r. C 2. 3. d) residebat A 1. 2. G 1; redebat F 1. e) Sicilia F 1. G 1. 3. 4. f) deducta A 3. B 2. D 2, *alii.* g) Constantinopili F 1. h) Rursus A 2. i) *deest* D 2. k) a F 1. l) sua A 2. m) viveret F 1. n) Mauricius F 1; Mauriciis G 1. o) posset C 1. 2. D 1 *e corr.* 2. 3. G 5c, *alii.* p) accipere F 1. q) adversus A 2. F. G. r) properaret F 1? 2. G 1. 4. s) dissessionem G 1. 3. 4. t) cum *corr.* lucri F 1. u) *ita* A 1; conquestione A 3; conquisione C 1; conquisitionem F 1. G 1; conquisitione *ceteri.* v) regressi A 2. w) *c.* 23—26. *om.* G 5b. x) Hoc A 2. y) Leg. F 1. z) qualem G 3. a) *ita* A 1. *2. 2. 3. 4. 5. B 2. C 4b; tempore *corr.* tempora D 1, *et ita ceteri* D. B 1a. F 2. G 2. H 1. I 2; de tempore F 1. G 1. *2. 3. 4; tempus F 2. 5. G 5a. c. b) fuisset F 1. c) lavinae *post corr.* lacunae A 1, *et ita* C 1; lacuniae A *3; *in* F 1 *corrector superscr.* fluxamina, *inde* F 1a: flumina. d) *ita* A 1. 2. D 1. F 1; tantumque uno C 1; tantumque F *2. G 3; tantumque tunc *ceteri.* e) Ataesis D 1; Adhesis C 1. F 1? G 1. *2. 2. 5c; Adthesis G 3. — fluvium F 1. f) basilica F 1. g) Zezonis A 1. h) Veronensi F 1. G 1.

1) *In Africa periisse Ingundem, scribit Greg. Tur. VIII,* 28. *neque de illius fuga cum Paulo concordat.* BI. 2) *Cf. Greg. Tur. VIII,* 18. 3) *Cf. Greg. VIII,* 18*; cujus verba Paulus mutavit;* ut suam p. s. r. *addidit.* 4) *Hic Paulus aut alium secutus est aut erravit. Gregorius enim nil habet nisi:* Sed cum duces inter se altercarentur. BE. 5) *Glossae Isidori:* Lavina lapsum inferens; *legitur etiam apud d. Hieronymum.* LIND.

aqua pertingeret, licet, sicut et[a] beatus Gregorius post papa scripsit[1], in eadem[b] basilicam aqua minime introierit. Urbis[c] quoque eiusdem Veronensis muri ex parte aliqua[d] eadem sunt inundatione subruti[e]. Facta est autem haec inundatio sexto decimo Kalendas Novembris. Sed tantae[f] coruscationes et tonitrua fuerunt[g], quantae fieri vix aestivo tempore[h] solent. Post duos quoque menses eadem urbs Veronensium magna ex parte incendio concremata est.

24.[i] In[2] hac diluvii effusione in tantum apud urbem Romam fluvius Tiberis excrevit, ut aquae eius super muros urbis influerent et[k] maximas in ea regiones occuparent. Tunc[3] per alveum eiusdem fluminis cum multa[l] serpentium multitudine[m] draco etiam mirae magnitudinis per urbem trans-
* p. 105. iens usque ad mare discendit[n]. Subsecuta * statim est hanc inundationem gravissima pestilentia, quam inguinariam appellant. Quae tanta strage populum devastavit, ut de[o] inaestimabili multitudine vix[p] pauci remanerent. Primumque Pelagium papam[q], virum[r] venerabilem, perculit et sine mora extinxit. Deinde pastore[s] interempto, sese per populos[t] extendit. In[u] hac tanta tribulatione beatissimus Gregorius, qui tunc levita erat, a cunctis generaliter papa electus est[v]. Qui[4] dum septiformem laetaniam fieri ordinasset, intra unius[w] horae spatium, dum[x] hi Deum deprecarentur[x], octuaginta[y] ex eis subito ad terra[z] corruentes, spiritum exalarunt. Septiformis autem laetania ideo[a] dicta est, quia omnis urbis populus

a) *deest* C 1. 2. 3. D 2. 3. F 1; et licet F 1; licet et sic G 4. b) *ita* A 1. *2. 4. D 1. E 1; eadem basilica A 4. D 2. 3; eandem basilicam *ceteri.* — aquam A 2. 3. c) Urbem F 1. G 1. 3. 4. d) partem aliam F 1; alia G 1—4. — in eadem A *3. e) presubruti A 1; inundatione — haec *des.* A 2. f) *deest* A 2. g) fuerant G 1. 2. h) tempore — Veronensium *des.* C 1 (*non* C 2). i) *nulla capitis distinctio* G. *edd.* k) et — occuparent *des.* A 1. l) *post corr.* magna F 1. m) multitudinem (— ne F 2. G 1. 4) draconum F 1? 2. G 1. *2. 3. 4. n) *ita* A 1. E 1. F 1. G 1; desc. *ceteri.* o) dev. unde A 1. E 1. F 1. G 3. 4. *Quod in archetypo fuisse videtur.* p) vim F 1; *deest* G 1. 2. q) papa F 1. r) *deest* G. — venerabile F 1. s) pastores interemptos C *1. t) populum E. G; se in p. D 1 *e corr., et ita alii* D. u) *novum caput incipiunt, quod* XXV. *numerant* (*et sic pergunt*) A 1. 2. D 3. E 1. H 1; XXIV. *praecedens c.* 23. *adjungentes*, A 4. 5. F 2. 5. G 2. v) G 1 *in margine adjicit alia sed coaeva manu*: Invenimus quia CLI an. fuit Ambrosius sanctus episcopus antea quam s. Gregorius papa; *in* A *4 *vero annotatio amplior in margine legitur manu vel eadem vel coaeva scripta*: Quem ille apicem totis viribus .... ordinari precepit. w) unum C 4b. G. *G. Neap.*; unus F 1. x) *deest* A 1; dum i Deum A 2; dum ibi Dominum d. F 1 *e corr.*; dum in Deum D 1 *eraso* in, *ideoque* hi *deest* D 2. *3a. 3. 10, *et ita etiam* C 1; Dominum *alii* D; *deest* F 5. — precar. A 2. 3. *3. E 1. G 1—4. y) *ita* A 1. 2. 3. F 1. G 1; octoginta C 1, *alii.* z) *ita* A 1 (*corr.* terram). F 1. G 1; terram *ceteri.* a) *deest* G 3. 4.

1) *Dial. III*, 19; *quem Paulus hoc loco sequitur.* 2) *Greg. M. l. l.* 3) *Ex Greg. Tur. X*, 1; ut — remanerent; virum venerabilem; et sine mora extinxit *Paulus addidit, alibi verba mutavit. Cf. V. Gregorii M. c.* 10, *quae propius ad Greg. Tur. accedit, ubi vero verba:* et sine mora extinxit *jam leguntur.* 4) *Ex Greg. Tur. X*, 2, *qui etiam sequentia fusius narrat.*

a beato Gregorio in septem partibus[a] deprecaturus Dominum[b] est divisus. In primo namque choro fuit omnis clerus, in secundo omnes abbates cum monachis[c] suis, in tertio omnes abbatissae cum congregationibus suis, in quarto omnes infantes, in quinto omnes laici[d], in sexto universae viduae, in septimo omnes mulieres coniugatae. Ideo autem de beato Gregorio plura dicere obmittimus, quia iam ante aliquod annos eius vitam Deo auxiliante texuimus. In qua quae[e] dicenda fuerant iuxta tenuitatis nostrae vires universa discripsimus[f. 1].

25. Hoc[2] tempore isdem[g] beatus Gregorius Augustinum et Mellitum et Iohannem cum aliis pluribus monachis timentibus Deum in Brittaniam[h] misit eorumque praedicatione[i] ad Christum Anglos convertit.

26. His diebus defuncto Helia Aquilegensi[k] patriarcha, 587.
postquam[l] quindecim annos sacerdotium gesserat, Severus huic succedens regendam suscepit ecclesiam. Quem Smaracdus[m] patricius[n] veniens de Ravenna in Gradus[o], per semet ipsum e[p] basilica extrahens, Ravennam cum iniuria[q] duxit cum aliis tribus[r] ex Histria episcopis, id est Iohanne Parentino et Severo[3] atque Vindemio[4], necnon etiam Antonio iam sene[s] ecclesiae[5] defensore. Quibus comminans exilia atque violentiam[t] inferens, communicare conpulit Iohanni Ravennati[u] episcopo, trium capitulorum damnatori, qui a[v] tempore papae[w] Vigilii *vel[x] Pelagii a Romanae ecclesiae *p. 106.
desciverat[y] societate[z. 6]. Exempto[a] vero anno, e Ravenna

a) *ita tantum non omnes;* partes A 3. D 2. b) Deum G 1. 2. c) congregationibus A 1. d) laichis F 1; laichi G 1. e) quaecumque C. D; *deest* A 3. G 3. f) *ita* A 1. F 1; describimus G 3; descripsimus *ceteri.* g) hisdem B 2. C 4b. E 1. F 1. G 1. 3. I 3; idem A *2. G 2. I 2, *alii.* h) *ita* A 1. G 3; Britaniam F 1. G 1. 4; Britanniam D 1; Brittanniam G 2. i) predicationem A 1. C 1. D 1; *quod fortasse recipiendum erat.* k) *ita hoc loco* A 1. 2. F 1. G 3; Aquileig. C 1; Aquilig. G 1. 2. l) post G *2; qui G 3; qui postquam G 1. 2; et postquam *e corr.* D 1, *et ita alii* D. m) Smaractus I 1; Smaragdus *hoc cap. etiam* A 1. n) patr. — Gradus *des.* D 1a. G 3. 4. o) Gradis G *2. p) et A 3. F 1; a. C. D. q) iniuriam A 2. r) ex his tribus ep. A *3. s) senem G 1, *corr.* sene G 2. t) violentia A 2. u) Ravennato F 1. v) *deest* C. D. H 1. I 2. w) *deest* A *3. x) vel P. *des.* A 2. y) desciberat F 1. G 1. *2. 2; describerat A 1. 2. B 2. G 4; describserat C *1; descripserat G 3; discesserat F 5. z) potestate A 3. a) Exepto F 1; Excepto A 1. *3. D 1. F 2. G 1. *2. 3. 4; Expleto F 4. G 5a. c; *quod Paulus fortasse scribere voluit*; Excepti Verona et Ravenna F 5.

1) *De qua cf. Bethmann, Arch. X, p.* 303 *sqq. Haec pauca exscribere juvat verba c.* 16*:* Denique cum de tota pene Italia Langobardorum gladios metuentes plurimi undique ad Romanam urbem confluerent, solertem pro omnibus curam gerebat et universis cum verbi pabulo corporis subsidia ministrabat. 2) *Ex G. pont. Greg.* 3) *Tergestino.* BE. 4) *Cissensi.* BE. 5) *i. e. Gradensis. Antoninum ecclesiae Romanae defensorem falso vocat qui brevius eandem rem narrat Johannes diac. in Vita Gregorii M. IV,* 38. BE. 6) *Romana ecclesia tempore Vigilii et Pelagii I, qui sedit a.* 555. *usque ad a.* 559,

ad Grados[a] reversi sunt. Quibus nec plebs communicare
*p. 107. 589 vel 590. voluit, nec ceteri *episcopi eos[b] receperunt. Smaracdus

a) Grado F 1; Gradus G 1—4. I 1. 3, *alii*; in Gradus D 3; in gradus proprios D 2. b) eos accipiens *mediis omissis* G 5c.

*nequaquam damnabat tria capitula*, id est, *referente Victore Tunnunensi a.* 542, epistolam Ibae Edesseni episcopi ad Marim Persam, quae iudicio synodi Calchedonensis *(quarti concilii universalis a.* 451*)* approbata et orthodoxa iudicata est; Theodorum dein Mopsuestenum episcopum, synodaliter similiter apud Antiochiam et Calchedone laudatum; et Theodoreti Cyri episcopi dicta, synodi Calchedonensis vocibus collaudata. *Haec capitula tot tantarumque discordiarum causa exstiterunt, ut ad eas dirimendas a.* 532. *quintum universale concilium Constantinopolim convocaretur, in quo Theodorae maxime augustae factione tria capitula damnata sunt, Silverio papa eorum defensore interfecto, aliis plurimis episcopis ob eadem in carcerem conjectis, aliis in exilium missis, Vigilio autem, Silverii successore, ob id tantum damnationi assensum praebente, ut papatum obtineret. Papa autem factus, et ipse damnationem improbavit, ideoque a Justiniano in exilium trusus, ea tantum conditione restitutus est, ut quintum concilium reciperet; id quod etiam successores fecerunt ob pacem ecclesiae servandam, nil tamen Chalcedonensi concilio ideo derogari confisi. Sed* licet postea imperiali pondere ad consensum damnationis capitulorum ipsorum paulatim singuli fuerint coarctati *(verba sunt libelli supplicis a suffraganeis Aquilegiensibus ad imperatorem Mauritium a.* 590. *directi)*, nostrarum tamen provinciarum venerandi decessores ad hoc inclinari nullo modo potuerunt. Quorum nos exempla servantes, cum universo populo nobis credito sequentes in omnibus defensionem Chalcedonensis concilii, a communione damnantium abstinere dignoscimur *(id quod Pelagius II. per tres epistolas ipsis dissuadere studuit, a.* 585. *vel* 586, *cf. supra III,* 20*; sed nil effecit)*. Et cum Smaragdus gloriosus cartularius Heliam archiepiscopum pluribus vicibus contristaret, cum nostro omnium consensu direxit ad vestigia principatus vestri preces, ut . . . ad vestri praesentiam veniretur et vestrum expectaretur iudicium. Quod pietas vestra . . . . suscipiens, iussionem dedit ad gloriosum Smaragdum, ut nullatenus quemquam inquietare praesumeret . . . . Deinde defunctus est Helias *(a.* 587*)*. Post hoc ordinato archiepiscopo nostro Severo, quae contumeliae illatae sint, et quibus iniuriis ac caede corporali fustium et qua violentia ad Ravennatem civitatem fuerit perductus atque redactus in custodiam, potuit ad domini nostri pias aures sine dubio pervenire. *Ibi mansit Severus per annum unum, donec damnatoribus trium capitulorum communicans relaxatus est a.* 588. *vel* 589. *Sed cum ita ipse patriarcha et Severus Tergestinus, Johannes Parentinus, Patricius Aemoniensis, Vindemius Cissensis et Johannes Celeianus, qui teste Paulo una* cum patriarcha communicarant *trium capitulorum damnatoribus,* scisma *fecissent sive scissionem inter episcopos hucusque in defensandis capitulis concordes, eodem Paulo referente:* nec plebs *iis* communicare voluit, nec ceteri *duodecim* episcopi, qui se ab hoc scismate cohibuerant, eos receperunt, *usquedum in synodo apud Maranum prope Venetias facta a.* 588. *ex. vel* 589. *vel ineunte* 590. *patriarcha cum quinque suis sequacibus,* errorem suum, quod trium capitulorum damnatoribus communicassent, *confitentes, in communionem a reliquis sunt recepti. Eodem tempore,*

patricius a daemonio non iniuste[a] correptus[1], successorem 589 vel 590.
Romanum patricium accipiens, Constantinopolim remeavit. Post haec facta est sinodus decem episcoporum in Mariano[b. 2], ubi receperunt Severum patriarcham Aquilegensem dantem libellum erroris sui, quia trium capitulorum damnatoribus communicarat[c] Ravennae. Nomina vero episcoporum qui se ab hoc scismate[3] cohibuerunt haec sunt: Petrus de Altino[4],

a) iuste *corr.* iniuste G 1. 2; p. eosdem omnino iniuste correptos F 1 *e corr.*; p. adest omnino iuste F 2a. b) Mauriniano G 5c, *corr.* Mauriano G 1, *et ita* G *2. 2. 5a. I 1; Marino G 3. 4; vel Arimino *add. in marg. corr.* F 1. c) communicaret F 1, *duabus litteris ante* Ravennae *erasis.*

*scilicet ante medium a.* 590. *Smaragdus patricius Constantinopolim revocatus successorem habuit Romanum. Gregorius Magnus autem, a.* 590. *Sept. papa consecratus, eodem adhuc anno cum jussione imperatoris Severum patriarcham Romam vocavit, ut ibi judicaretur. Qui statim cum suis episcopis ad imperatorem appellavit; unaque ejus suffraganei sub Langobardis constituti libellum supplicem imperatori direxerunt, quem videsis apud Baronium IX,* 904; *Mansi X,* 463; *Troya I,* 79, *petentes,* ne ad illius iudicium, *Gregorii scilicet,* cogerentur occurrere, cum quo causa ipsa esse dignoscitur, et cuius communionem . . . nos cum omni populo evitamus; quoniam sic accensi sunt omnes homines plebium nostrarum in causa ista, ut ante mortem perpeti, quam ab antiqua catholica patiantur communione divelli. Hoc tantum deposcimus, ut, quia misericordia Dei in meliori statu Italiae partes, laborante fideliter glorioso Romano patricio, perduxit, et credimus nos celeriter, devictis gentibus, ad pristinam libertatem deduci, . . . sint induciae, et cum iussione vestra parati erimus ad pedes vestrae pietatis occurrere et nostrae fidei plenam reddere rationem. *Quibus indulgens Mauritius, Gregorio rescripsit:* Quia tua sanctitas cognoscit praesentem rerum Italicarum confusionem et quod oportet temporibus competenter versari, iubemus, tuam sanctitatem nullatenus molestiam eis inferre, sed concedere eos otiosos esse. *Ita pro tempore res quievit. Paulus autem, Gregorii admirator et cujus de fide orthodoxa non est dubietas, in his tamen aperte et candide a partibus stat Aquilegiensium, Severi de causa communi Aquilegiensium defectionem* scisma *vocans atque* errorem. *Gregorio vero et Romanis scismatici sunt ipsi Aquilegienses, eo quod nolebant sequi auctoritatem et exemplum pontificum Romanorum, qui primo ob Justiniani jussionem et postmodum ob pacem ecclesiae tria capitula non quidem damnarunt, sed eorum damnatoribus communicarunt.* BE.
1) *'In voce sparsa fra la plebe, e Paolo prese una tal diceria per buoni danari contanti'.* MUR. *Revocatus fuit ante medium a.* 590; *tunc enim Romanus ejus successor jam epistolam scripsit ad Childebertum, apud Duchesnium I,* 871; *Bouq. IV,* 86; *Troya I,* 64. BE. 2) *Marano prope Venetias, in Laguna del Friuli. Acta hujus synodi deperdita sunt; de ea egerunt Norisius de quinta synodo IX,* 1; *Pagius et Mansius ad Baron. a.* 590; *De Rubeis, Mon. Aquil. c.* 29. BE. 3) *i. e. scissione inter episcopos Aquilegiae, eousque in vitandis trium capitulorum damnatoribus concordes, ut recte explicat De Rubeis.* BE. 4) *Altino prope Torcelli.*

Clarissimus[1], Ingenuinus[a] de Sabione[b, 2], Agnellus Tridentinus, Iunior Veronensis, Horontius[c] Vicentinus, Rusticus de Tarvisio, Fonteius[d] Feltrinus, Agnellus de Acilo[e, 3], Laurentius Bellunensis[f], Maxentius[g] Iuliensis[4] et Adrianus Polensis[h]. Cum patriarcha autem communicaverunt isti episcopi: Severus[5], Parentinus Iohannes, Patricius[i, 6], Vindemius[7] et Iohannes[8].

27. Hac[9] tempestate rex Authari ad Histriam exercitum
*p. 108. misit; cui[k] exercitui[l] *Euin dux Tridentinus praefuit. Qui post praedas et incendia, facta pacem[m] in annum unum, magnam pecuniam[n] regi detulerunt. Alii[o] quoque Langobardi in insula Amacina[p, 10] Francionem magistrum militum, qui adhuc de Narsetis parte fuerat et iam se[q] per viginti annos continuerat, obsidebant. Qui Francio post sex menses obsidionis suae Langobardis eandem insulam tradidit, ipse vero, ut obtaverat, dimissus a rege, cum sua uxore et supellectili Ravennam properavit. Inventae sunt in eadem insula[r] diviciae multae, quae ibi de[s] singulis fuerant civitatibus commendatae.

28. At[t] vero Flavius rex Authari legatos ad Childe-

a) Ingenius F 1. b) Sapione F 1. I 1; Sabaione G 1. 3. 4. c) Horocius B 1a. 2; Herontius A 4; Herentius I 2; Horontinus A *2. C 1. G 1; Horumtinus C 4b; Orontinus D 4; Horrencius G 5c; Honoratus H 1. — Vincentinus A *3; Vicentius I 1. d) Fronteius C 1. D 1. 1a. 3. 4. I 1; Fronteus D 2. *3a. 10; Fontegus E 1; Fontemus H 1; Fontelus I 2; *deest* A *2. e) Azilo G 3; Acilio C 1. I 1; Accilo F 2a. f) Delunensis C 2. 3, *corr.* Belun. D 1; Delunensi C 1; Vellunensis F 1; Velun. F 2a; Bullim. D 2; Laur. Bell. *des.* G 5c. — Max. I. et A. P. *des.* C. D. H 1. L 1. g) Magnentius G 2. 3. h) Pollensis F 1; Polesensis F 2; Polensis *superscr.* S G 1; Spolensis I 1. 1b; Spolitensis G 5c. i) Patrieius F 1; Patreius G 1—5a; Patreus G 5c. — et Ioh. *des.* G 5a. c. k) cu F 1; cuius G 1—4. l) exercitu A 1; exercitus A 4. m) *ita* A 1. 2. 3. B 2. E 1 (*post* unum *add.* fecerunt). F 1; pace *ceteri*; f. pace in a. u. facta D 2. 3; facta p. — interced. episcopis (*c.* 31) *des.* A 4, *duobus vel quatuor foliis evulsis.* n) penuriam A 1; magna pecunia E 1; magna pecuniam F 1. o) Alio A 1. p) Amaciana G 3; Amiciana G 4; Amachina D 10; Amancina B 1a. 2; Amaticina F 5; Amacina *corr.* Comacina A 1. F 1 (*ubi* sula co *e corr.*), *et ita* A *3. 5. E 1. F 4; Commacina A 6. L 1; Cumacina F 2; Comaciana G 1. I 1; Commatiana G 2; Cumatiana G 5a. b. c. q) sem F 1. r) insulam G 1. s) ibidem A 2. G, *corr.* ibidem a F 1, *et ita etiam* E 1; sibi de C 4b. t) Ad A 1. C *1. D 1.

1) *Concordiensis, paulo post defunctus. Libello enim supplici a.* 590. *ex. jam subscripsit ejus successor Augustus; unde dubium, num Clarissimus interfuerit synodo Marianensi.* BE. 2) *Seben prope Brixen.* 3) *Asolo; cf. SS. VII,* 7. 4) *Zuglio, tribus millibus de Tolmezzo distans (Noris. de quinta synodo IX, 4).* 5) *Tergestinus, cf. supra c.* 26, *p.* 105. 6) *Aemoniensis, quae sedes, ab Ungaris postea destructa, transiit ad Citta Nuova.* BE. 7) *Cissensis.* 8) *Celeianus, qui subscripsit cum reliquis hisce concilio Gradensi a.* 579. BE. 9) *Haec ex Secundo sumta esse, verisimile est.* 10) *Al.* Cumacina, *quae lectio castigatior, quippe sermo est de insula in Lario lacu* 20 *mil. pass. ab urbe Como.* BI. *Quamvis* Amacina *genuina lectio esse videatur, cum insula talis plane ignota sit, error fortasse archetypi statuendus est.*

pertum misit, petens, eius germanam suo matrimonio sociari. Cumque[1] Childepertus, acceptis muneribus a[a] Langobardorum legatis, suam germanam eorum regi se daturum promisisset, advenientibus tamen Gothorum de[2] Hispania[b] legatis, eandem[c] suam germanam, eo quod gentem illam ad fidem catholicam conversam fuisse cognoverat[d], repromisit.

29. Inter haec legationem[3] ad imperatorem[e] Mauri- (28)
cium[f] direxit, mandans ei, ut, quod prius non fecerat, nunc 5.
contra[g] Langobardorum gentem bellum[h] susciperet atque cum[i] eius consilio eos ab[k] Italia removeret. Qui[4] nihil moratus, exercitum suum ad[5] Langobardorum debellationem[l] in Italiam[m] direxit. Cui Authari[n] rex et Langobardorum acies non segniter obviam pergunt proque[o] libertatis statu fortiter confligunt. In ea pugna Langobardi victoriam[p] capiunt; Franci vehementer caesi[q], nonnulli capti, plurimi etiam[r] per fugam elapsi vix ad patriam revertuntur. Tantaque ibi strages facta est de Francorum exercitu[s], quanta[6] usquam[t] alibi non[t] memoratur. Mirandum sane est, cur Secundus, qui aliqua de Langobardorum gestis scripsit, hanc[u] tantam eorum victoriam praeterierit[v], cum haec quae praemisimus de Francorum interitum[w] in eorum historia[x] hisdem ipsis pene verbis exarata legantur.

*30. Flavius vero rex Authari legatos post haec ad[y] *p. 109.
Baioariam misit, qui Garibaldi[z] eorum regis filiam sibi in

a) ad G 4. b) Hilpanias F 1; Hispanias G 1; Hispaniis G 3. 4. c) eadem A 1. *2. d) eo voverat A 1. 2. C 3, *corr.* cognoverat D 1. E 1; evoverat B 2. 3; noverat A *2. I 3; eo vovenit C *1; evocaverat C 1; commemorabant F 5; f. c. convertisset I 1; quod gens illa ad f. chat. conversa fuisse eo vovera repromisit F 1; q. gens illa ad f. c. c. fuisset eam (eadem G 4; eis G 5; eis illam F 2. 4) dare promisit F 2. 4. G. e) imperatore Mauricum F 1; leg. imperator Mauricius direxit ad Childepertum m. A 3; leg. ad Childep(b)ertum (eum F 5) imperator (*deest* G *praeter* *3) Mauricius (Mauricium G 3; Maricius I 1) dir. F 4. 5. G. I 1. — direxit *deest* C 1. f) Maximum D 2. g) *deest* G *3. h) bella A 3? D 3? *ed.* i) c. e. c. *des.* G. k) ad G 1. l) debell. — rex et *des.* D 2; suum ei contra Langobardos in adiutorium misit. At Langobardorum acies D 3. 8. 9. m) Italia D 1. F 1. n) Autchari *nonnumquam* F 1. o) remque A 3. G 1. 2. *3. 3; pro quo A 2; ad que pro E 1; sicque pro *e corr.* F 1, *et ita* F 4. p) victromnia (?) F 1 (*corr.* vincunt omnia); victores omnia G. — capiuntur F (1 *e corr.*). G (capiunt G 5a); vincunt omnia capiunt F 5; victores effecti sunt E 1. q) iam si F. G 1—4; lapsi G 5a. b. c. r) pl. et alii p. G 1—4; occisi et alii G 5a. b. c; pl. tamen F 1 *e corr.*; Fr. vero attriti E 1. s) exercitum E 1. F 1. G 1. t) umquam F 1; numquam F 2. 5. G; nusquam C 1; u. fieri non A 5. 6; non *deest* A 1? C. D; nim F 1; nomine G *3. u) hac G 1. — tanta D 1. F 1. G 1. 2. — victoria G 1. 2. v) praet. — historia *alia sed coaeva manu suppl.* G 4. w) *ita* A 1. F 1; interitu *ceteri.* x) historiam A 1. y) *deest* E 1. F 1. G. I 2. z) Galibaldi C *1.

1) *Ex Greg. Tur. IX,* 25. 2) de Hispania *Paulus.* 3) *Ex Greg. l. l.;* Mauricium *Paulus.* 4) Qui n. m. *Paulus.* 5) ad regionem ipsam capessendam direxit. Commotis ducibus cum exercitu illic abeuntibus, confligunt pariter; ed nostris valde caesis *etc. Greg.* 6) ut olim similis non recolatur. *Greg.*

matrimonium peterent. Quos ille benigne[a] suscipiens, Theudelindam[b] suam filiam Authari se daturum promisit. Qui legati revertentes cum haec Authari nuntiassent, ille per semet ipsum suam sponsam videre cupiens, paucis secum sed expeditis ex Langobardis adhibitis, unumque sibi fidelissimum et quasi seniorem secum ducens, sine mora ad Baioariam perrexit. Qui cum in conspectum[c] Garibaldi regis iuxta morem[d] legatorum introducti essent, et his qui cum Authari[e] quasi senior venerat post salutationem[f] verba, ut moris est, intulisset[g]: Authari, cum a nullo illius gentis cognosceretur, ad regem Garibaldum propinquius[h] accedens ait: 'Dominus meus Authari rex me proprie ob hoc direxit, ut vestram filiam, ipsius sponsam, quae nostra domina futura est, debeam conspicere, ut, qualis eius forma sit, meo valeam domino certius nuntiare'. Cumque rex haec audiens filiam venire iussisset, eamque Authari, ut erat satis[i] eleganti[k] forma, tacito nutu contemplatus esset, eique[l] satis per omnia complacuisset, ait ad regem: 'Quia talem filiae vestrae personam[m] cernimus, ut eam[n] merito nostram reginam fieri optemus, si placet vestrae potestati, de eius manu, sicut nobis postea factura est, vini poculum[o] sumere praeoptamus'. Cumque rex[p] id, ut fieri deberet, annuisset, illa, accepto vini poculo, ei prius qui senior esse videbatur propinavit. Deinde cum Authari, quem suum esse sponsum[q] nesciebat, porrexisset, ille, postquam bibit ac poculum redderet[r], eius manu[s], nemine animadvertente[t], digito tetigit dexteramque suam[u] sibi a fronte[v] per nasum ac[w] faciem produxit. Illa hoc suae nutrici rubore perfusa nuntiavit. Cui nutrix sua ait: 'Iste nisi ipse[x] rex et sponsus tuus esset, te omnino tangere non auderet. Sed interim[y] sileamus, ne hoc patri tuo fiat cognitum. Re enim vera digna persona est, quae tenere debeat regnum et tuo sociari coniugio'. Erat

a) venignem F 1. b) Teudel. E 1. F 4. G 1. 3, Teudol. *aliquoties* A 1; Teodel. C 1 *hoc loco et plerumque*; Theodel. A 3. D. F 2. G 2. 5c, *ubi etiam* Thiatlint *et* Thiadlinda. c) *ita* A 1. 2. C 1. D 1. F 1; conspectu G, *alii*. — Ganaldis F 1. d) more F 1; moram G 4. — leg. *deest* C 5; Langobardorum G 5c. e) Autari *hoc loco* F 1. f) salutatione F 1; salutationis E 1. G; salutationum C 1. 4b. F 2—4. H 1; post salutationem *corr.* salutationum D 1, *et ita alii* D; post *deest etiam* C 4b. G 5b. H 1. g) intulissent A 2. h) propinquus A *3. i) *deest* C *1. k) elongati A 2. l) e. s. p. o. c. *des.* C *1--3. (4—6?). D. I 2. 3. m) persona F 1. n) ea A 2. 3. F 1. o) ei prius *add.* G 3. 4. p) *deest* A 5; ut id f. d. B 2; id et f. d. A *3; id fieri debere a. C *1. 1. 4b. I 1. 1b; id f. deberet *corr.* ut id fieri deberet D 1, *et ita alii* D. H 1; idum fieri devere *corr.* ut idem fieri deberet F 1; deberet *deest* A 2; id dum fieret ann. G 2. 3; id ut fieret ann. G 1. 5a. b. c; fieri ann. (id ut *des.*) B 2. G 2; id fieri ann. F 5. I 2. q) sponsus F 1. r) reddiderat C 1. I 1, *corr.* reddidit D 1, *et ita ceteri* D. F 4. G 2. s) *ita* A 1. 2. E 1; manum *ceteri*. t) neminem D 1. G 1. — animadvertentem F 1. G 1. u) sua F 1. v) frontem F 1. w) a G 1; ad G 2 x) *deest* A 3. C 2; n. esset r. et sp. t. te C 1; rex et *post suppl.* F 1. y) *sequentia usque* in hanc patriam (*in fine cap.*) *des.* G 1 *folio exciso*.

autem tunc Authari iuvenali[a] aetate floridus, statura decens,
candido crine perfusus et satis decorus aspectu. Qui mox,
a rege comeatu accepto, iter patriam[b] reversuri arripiunt
deque Noricorum[c] finibus festinanter abscedunt. Noricorum
siquidem[d] provincia, quam Baioariorum populus inhabitat[e],
habet ab oriente[f] Pannoniam, ab occidente[f] Suaviam, a
meridie Italiam[g], ab aquilonis[h] vero parte Danuvii[i] fluenta.
Igitur Authari cum iam prope Italiae fines venisset secumque
adhuc qui eum deducebant[k] Baioarios haberet, erexit se
quantum super equum cui praesidebat[l] potuit et toto adnisu[m]
securiculam, qua[n] manu gestabat, in arborem quae proximior
aderat fixit eamque fixam reliquit, *adiciens haec insuper* p. 110.
verbis[o]: 'Talem[p] Authari feritam facere[q] solet'. Cumque
haec dixisset, tunc intellexerunt Baioarii qui cum eo comitabantur,
eum ipsum regem Authari esse. Denique post
aliquod[r] tempus, cum propter Francorum adventum perturbatio
Garibaldo regi advenisset, Theudelinda, eius filia[s],
cum suo germano nomine Gundoald[t] ad Italiam[u] confugiit[v]
seque[w] adventare Authari suo[x] sponso nuntiavit[1]. Cui statim
ille obviam cum magno apparatu nuptias celebraturus[y] in
campum[z] Sardis, qui super Veronam[a] est, occurrens,
eandem[b] cunctis laetantibus in coniugium Idus Maias[c] accepit. 589?
Erat autem tunc ibi inter ceteros Langobardorum duces Mai. 15.
Agilulf[d] dux Taurinensium civitatis. Quo in loco cum
perturbato aere lignum quoddam, quod in regiis[e] septis[2]
situm erat, cum magno tonitruorum fragore vi fulminis ictum
fuisset, habebat tunc Agilulf quendam de suis aruspicem
puerum, qui per artem diabolicam, quid futurum porten-

a) *ita* A 1. 2. C *1. 1. G 2. 3. 4; iubenali F 1; iuveni A 3; iuvenili *ceteri.* b) patria F 1. c) indeque G 2. 5. — Nuric. G 2. 3. 4, *et ita postea.* d) quidem F. G. e) inhabitant F 1. G 3. 4; nunc inhabitat D 4; nunc habitat D 3; non habitat D 2; inhabitabat C 1. 2. — habent F 1. f) orientem — occidentem F 1; ad orientem A 3. g) Italia F 1. h) aquiloni F 1; aquilone A 1. G 2–4. I 2 (*deest* parte); aquilonali F 1 *e corr.* G *5; aquilonari G 5a. b. c. i) *ita* A 1. 2. D 1; Danubii C. D 2. 3. F. G. k) quod Baioaria nunc asit (?) provintia *add.* G *5. l) residebat A *3. m) adnisum F 1. n) *ita* A 1. B 2. D 1. F 1. 4. G 3. 4; quam *ceteri.* o) verbas C 1; verba A 5. B 1a. F 2. I 1; verba dicens G 5b; verba verbis G 5c. p) Tale F 1. q) faceret F 1. r) aliquid A 2; aliquo F 1. s) filiam F 1. t) Gundoalt D 1; Gundoalto D 2; Gundoaldo D 3; Gunduald A *3. 3. B 2. E 1. F 1. 4. G 4. 5; Gunduuald G 2; Guldoald *infra semel* G 2; Gaidoald L 1. u) Italia F 1. v) *ita* A 2. D 1. F 1; confugit A 1. C 1, *alii*; confugiunt F 4. G 2. 3. 4. w) usque C *1; usque eamque C 1. x) *deest* A 3. C. D. y) celebratus *corr. alia manu* celebraturus A 1. D 1; celebratur F 1; celebraturum E 1; ad n. celebrandum F 4. G 2. 3. 4. *5. 5a. I 1; ad n. celebrandas G 5b. c. z) campis A 3. a) Verona E 1. F 4. G 2. 3. 4. b) eadem F 1. c) Martias *corr.* Maias E 1; Mar. G 3. 4. d) Agilulft A 2; Agilolf A 3. G 5c; Agilulfus D 2. 3, *alii.* — Taurinacium D 3. e) regis G 2. 3. 4.

1) *Cf. Fredeg. c.* 34. BE. 2) in regiis septis = *dans le clos du roi;* in clusura de ipso rege *codex* L 1. BE.

derent[a] ictus fulminum, intellegebat. Qui secrete, cum Agilulf ad requisita naturae resideret, eidem dixit: 'Mulier ista, quae modo regi nostro nupsit, tua non post multum tempus coniux futura est'. Quod ille audiens, caput se eius amputaturum, si hac de re amplius aliquid diceret, comminatus est. Cui ille: 'Ego quidem[b]', inquid, 'occidi possum[c]; nam certe ad hoc ista in hanc patriam femina[d] venit, ut tuis debeat nuptiis copulari'. Quod ita quoque post factum est. Hoc[1] tempore, quam ob[e] causam incertum est[f], Ansul[g], cognatus regis Authari, aput Veronam est interfectus.

(30) 31. Hac etiam tempestate[h] Grippo[i, 2], legatus[k] Childe-
590. perti regis Francorum, cum Constantinopolim[l] remeasset et[m] eidem regi suo, quomodo honorifice ab imperatore Mauricio susceptus fuisset, nuntiasset, et[n] quia iniurias, quas aput Cartaginem perpessus fuerat, imperator ad voluntatem Childeperti regis ultum[o] iri promisisset: Childepertus[p] confestim iterato in Italiam exercitum Francorum cum viginti ducibus ad debellandam Langobardorum gentem direxit. E quibus ducibus Audualdus[q] et Olo[r] et Cedinus eminentiores fuerunt. Sed Olo cum importune ad Bilitionis[s] castrum accessisset, iaculo sub mamilla sauciatus cecidit et mortuus est. Reliqui vero Franci cum egressi fuissent[t] ad praedandum, a Langobardis inruentibus passim per loca singula
*p. 111. prosternebantur. At *vero Audualdus et sex duces Francorum ad Mediolanensium urbem advenientes, ibi eminus in campestribus castra posuerunt. Quo loco ad eos imperatoris legati venerunt, nuntiantes, adesse exercitum in solatio eorum, dicentesque quia: 'Post triduum cum eisdem veniemus. Et hoc vobis erit signum: cum videritis villae huius, quae[u]

a) portenderet C 1. F 1. G 2. 3. b) *deest* A 2. c) sed fata nequeunt immutari *add. ed. pr. Lind. et sequentes.* d) feminam A 1. F 1; *deest* A 2. e) hoc F 1. G 1. 2. 3; hob *corr.* ob. G 2; G 1 *in marg. corrector add.*: r. vel quando ob ha (*cetera abscisa*). f) *deest* A 2. 3. C 1. D 1. F 1. g) Ansulf A 2; Ansulfus I 3; Insulfus I 2; Insul *e corr.* F 1, *et ita* F 2—5. G. h) tempestatem F 1. i) Gripbo G 5c; Grippho G *5. I 1. k) legatos A 1. 2. D 1. E 1. F 1. G 1. 3. l) a Constantinopolim C *1. E 1; de Co(n)stantinopoli A *3. 3; a Constantinopoli D 1 *e corr.* F 5. G 5a. H 1. m) *deest* F. G. n) nunciassetque q. A 3; et quam i. a. F 1; et quas i. a. G 1—4; eas i. q. G 5a. b. c. o) ultu A 2. 3. B 2. C 1. D 1. F 1. G 1; ultui repr. G 3; ulciri A *2; ulcisciri E 1; ulcisci A *3. G 2. 5b. c. p) Childepertum F 1; Childepert G 1. q) Audoaldus D 2. G 2, *alii, et postea* G 1; Audoaldi C 1; Addoaldus F 1 (*corr.* Ald., *et ita postea*). G 1. 3; Andoaldus A *3. 3; Adualdus G 5c; Adoaldus *infra* A 2. r) Odo *hoc loco* H 1; Halo F 5; Holo C 2; Seddolo F 1. s) Vilitionis E 1; Bilicionis A *2. 5. B 2. C 1. D 1. F 1. G 1. 3. 5b. t) *deest* A 3. u) qui A 2.

1) *Haec fortasse ex Secundo, qui etiam diem nuptiarum indicasse videtur.*
2) *Ex Greg. X,* 2. 3*;* quomodo — fuisset *et postea* iterato; Francorum; E quibus — fuerunt *Paulus adjecit.* — *De hac expeditione cf. epist. ad Childebertum regem datam Bouq. IV, p.* 86.

in monte sita est, domus[a] incendio concremari et fumum incendii ad caelos usque sustolli, noveritis, nos cum exercitu[b], quem pollicemur, adventare'. Sed expectantes[c] Francorum duces, diebus sex iuxta placitum, nullum ex his, quibus[d,1] legati imperatoris promiserant, venisse[e], contemplati sunt. Cedinus autem cum[f] tredecim ducibus laevam[g] Italiae ingressus, quinque castella cepit, a quibus etiam sacramenta exegit[h]. Pervenit[2] etiam[i] exercitus Francorum usque Veronam, et deposuerunt castra plurima per pacem post sacramenta data, quae[k] se eis crediderant nullum ab eis dolum existimantes. Nomina autem castrorum quae[l] diruerunt in territorio Tridentino ista sunt: Tesana[3], Maletum, Sermiana[m], Appianum[n], Fagitana[o], Cimbra[p,4], Vitianum[q], Bremtonicum[r], Volaenes[s,5], Ennemase[t], et duo in Alsuca[u,6] et unum in Verona. Haec omnia castra cum diruta essent a Francis, cives universi ab eis ducti sunt captivi. Pro Ferruge[v] vero castro, intercedentibus episcopis Ingenuino de Savione[w] et Agnello[x] de Tridento[y], data est redemptio, per capud uniuscuiusque viri[z] solidus unus usque ad solidos sexcentos. Interea Francorum exercitum[a], cum esset tempus aestivum, propter[7] inconsueti[b] aeris incommoditatem desenteriae[c] morbus graviter exagitare coepit, quo morbo plures

a) domos A 2. F 1. G 1. 2. b) exercitum que F 1. c) expectatis G. d) quibus *corr.* quos G 2. D 1, *et ita ceteri* D. — legatis F. e) venisset F 1; venire G 2. f) *deest* A 3. g) leva A *2. h) exigit A *2. G 3; exiit E 1. i) per penitentiam C *1? 1. 2. D 1? (p. e. *e corr.*) I 1; *inde fecit ed. Lind.*: Per Placentiam vero *etc.* k) qui A *2. G 1. 3; quis A 5; quibus F 5. I 1; pro quibus G 5; gentes que se e. c. peremptae sunt *e corr.* F 1, *et ita* F 2. 3. 4; *post* existimantes *corr. add.* perempti sunt G 1. — tradiderant G 5. l) *corr. add.* F 1; quas G 1—4. m) Semiana C 1. I 1; Semiama *corr.* Sermiana D 1; Semina G 3; Sermia D 2; Sermusana F 1; Sermosana F 2; Sermisana F 4; Terminiana F *2; Ana F 5. n) Apianum F. G; Apipanu B 3. o) Fagitanum I 1; Fagitanam C *1. 1. D; Fragitana F 5; Fatitana H 1; Stigitana G 5. p) Chimbra E 1; Cibra G 1. 2. 5a; Cybra A *2. G 5b; Umbra C 1. D; Umbria I 1. q) Pritianum E 1; Britianum *vel* Bricianum F. G; Varianum I 3. r) Brentonicum A 2. 3. 5. G 1. 3. 4. 5; Bremtunicum I 1; Brettonicum G 2; Bretonicum E 1. F 5. s) Volannes E 1; Volaernes B 2. 3; Volones D 2; Volanes I 3; Valenes F *2; Balaenes F 1; Belones G 1. 2. 5a; Bellones G 5b; Bellunis G 3. 4. t) Enne. mase F 1; Ernemase B 2. 3; Ennemāsem A 5; Ennemansem A 6; Ennemare A *3. u) Alsucao A 3; Alsulca H 1. v) Ferrage A 3; Feruge F 5; Femigero B 2; Femugero B 3. w) Sabione A 5. 6. F. G; Saviane B 2; Savionce A 2; Samone A 3. x) Agnelli A 3. y) Tridente D 1; dec ridento C 1; Tridentino A 4. D 2. 3. 5. I 1. z) viris *corr.* viri A 2. F 1. a) exercitus A *2. 5. 6. B 2. F. G; exercitu A 4. b) inconsuetis F 1. G 1. 3. 4. c) dissent. A 3. D 2. 5. G 5. H 1; disint. D 3. F 4. — morbis *corr.* morbus F 1. G 1; morbos G 3; morbo A 5. G 5a. b; morbis agitari coeperunt I 1; eos ag. G 2.

1) q. l. i. pr. *Paulus.* 2) *Sequentia Secundus suppeditasse videtur. Cont. Prosp. de interfecto tantum Ollone duce 'apud Tiligonam castrum' refert.* 3) *Tesino; Malè nel Val di Sole.* 4) *Cembra.* 5) *Volano.* 6) *Valsugana. Cf. de his et aliis Cluver, Ital. ant. I,* 15; *v. Hormayr, Werke I,* 103; *Asquino, Del Forogiulio dei Carni (Verona* 1827. 4*).* BE. 7) *Ex Greg. X,* 3.

ex eis interierunt. Quid plura? Cum per tres menses Francorum exercitus[a] Italiam pervagaret[b] nihilque proficeret[c] neque se de inimicis ulcisci posset, eo quod se in locis firmissimis[d] contulissent, neque regem attingere[e. 1] valeret, de quo ultio fieret, qui se intra Ticinensem[f] munierat urbem, ut diximus, infirmatus aeris intemperantia ac fame constrictus exercitus redire ad propria destinavit. Qui rever-
*p. 112. tentes ad[g] patriam, in tantum famis penuriam[h] perpessi* sunt, ut prius vestimenta propria, insuper etiam et arma ad coemendum[i] victum praeberent, quam ad genitale[k] solum pertingerent.

(31) 32. Circa haec tempora putatur esse[l] factum, quod de Authari[m] rege refertur. Fama est enim, tunc eundem regem per Spoletium[n] Beneventum pervenisse eandemque regionem[o] cepisse et usque etiam Regiam[p], extremam Italiae civitatem vicinam[q] Siciliae, perambulasse[r]; et quia ibidem intra maris undas columna quaedam esse posita[s] dicitur, usque ad eam[t] equo sedens accessisse eamque de hastae[u] suae cuspide tetigisse, dicens: 'Usque hic[v] erunt Langobardorum fines'. Quae columna usque hodie dicitur persistere et[w] columna Authari appellari[2].

(32) 33. Fuit autem primus Langobardorum dux in Benevento nomine Zotto[x], qui in ea principatus est per curricula[y] viginti annorum[3].

(33) 34[z]. Interea[4] Authari rex legationem verbis pacificis ad Gunthramnum regem Francorum, patruum scilicet Childeperti regis[a], direxit[b]. A quo legati idem iocunde suscepti[c],

a) exercitum Italia F 1. b) pervageretur C 1. H 1. 3; praevagaret *corr.* praevagaretur G 3. c) proficere F 1. d) fortissimis F. G. e) adtingeret F 1. f) Ticinense A 2. 4. F 1. G 1. 3; Ticinensem *corr.* Ticinense E 1; T. u. B 2. — munierant F 1. G 1. 3; intra T. u. erat A 5. 6. g) *deest* F 1. 5. G 1. 3. 4; in G 5; ad p. *des.* G 2. h) *deest* I 1. i) emendum A 3; comedendum A *3. B 2. C. D. E 1. G 2. H 1. I 1. k) genitalem A 3. G 1. 3. 4. — pertingeret F 1. G 1. l) esset F 1. m) Athari F 1; Theoderi G 5c. n) Spoletinum A *3. o) regione cepisset F 1. p) Regia F 1. G 1. 2. 3; Regium A 3. 4. 5. D 3. F 5. G 5a. b. q) viincam A 1. 2? B 2. 3. F 1. G 1. 3; viam A *3; vincam E 1; vicinam *in loco raso* D 1; ui in cap G 2; ut in campo C 1; ut ui in eam campo C 2; in campo I 1; contra campos G 5a. b. c. r) perambulasset F 1. s) positam A 4. E 1. F 1; columnam q. e. positam G 1. 4, *corr.* columna q. e. posita G 2. 3. t) eum A 3. u) asta (hasta) sua t. F. G. v) huc A *3. w) ad *corr.* ac F 1. x) Otto A 3; Zoto I 1. y) curriculam F 1. 4. G 1. 2; curriculum G 5; per annos XX F 5. z) *hoc caput praecedenti adjungunt* A 2. I 1; *deest* H 2. a) Childeperto regi F 1. G 1—4. b) direxerat C 1. D 1. c) susceptis F 1. G 1. 3; suscepti sunt F 5. G 5; suscepta D 1.

1) capere *Greg.* 2) *Narratio certe popularis; cf. Pabst, Forschungen II, p.* 453 *n.* 1*; Hirsch, Herz. Benevent p.* 5 *n.* 3) *Nullus in Paulo nostro locus occurrit, qui gravius literatis viris negotium dederit, quam praesentis capituli; ex eo enim investigantes initium Beneventani ducatus in diversas quique sententias abierunt.* BI. 4) *Ex Greg. Tur. X,* 3*;* patruum s. Ch. r.; ex fratre; ut — firmaretur *Paulus.*

sed ad Childepertum, qui ei[a] nepus ex fratre erat, directi sunt, ut per eius notum[b] pax cum gente Langobardorum firmaretur. Erat autem[c] Gunthramnus iste, de quo diximus, rex pacificus et omni bonitate conspicuus. Cuius unum factum satis ammirabile libet[d] nos huic nostrae historiae breviter inserere, praesertim cum hoc Francorum historia[e] noverimus minime contineri. Is[1] cum venatum quodam[f] tempore in silvam isset, et[g], ut adsolet fieri, hac illacque[h] discurrentibus sociis, ipse cum uno fidelissimo tantum[i] suo remansisset, gravissimo somno depressus, caput in genibus eiusdem fidelis sui reclinans, obdormivit. De cuius ore parvum animal in modum reptilis egressum[k], tenuem rivulum, qui propter[l] discurrebat, ut transire possit[m], satagere coepit. Tunc isdem in cuius gremio quiescebat spatham suam vagina[n] exemptam super eundem rivulum posuit; super quam illud[o] reptile, de quo[p] diximus, ad partem aliam transmeavit. Quod cum non longe exinde in quoddam[q] foramen montis ingressum[r] fuisset, et post aliquantum spatii regressum[r] super eandem spatham praefatum rivulum transmeasset, rursum *in os Gunthramni[s], de quo exierat, introivit. Gun- *p. 113.
thramnus post haec de somno expergefactus, mirificam[t] se visionem vidisse narravit. Retulit enim, paruisse[u] sibi in somnis, quod fluvium quendam per[v] pontem ferreum transisset et sub montem quoddam[w] introisset, ubi multos[x] auri pondus aspexisset. Is[y] vero[z] in cuius gremio caput tenuerat, cum dormisset, quid de eo viderat, ei per ordinem retulit. Quid plura? Effossus est[z] locus ille, et inaestimabiles thesauri,

a) eius G 5. H 1. I 1. b) *ita pro* nutum A 1. *2. 2. 4. 5. B 3. D 1. F 1. G 1—4; noti B 2; nutu E 1; natum G 5a. c) *deest* D 2. 3. d) licet et A 3. e) hi(y)storiam A 3. G 4; historiæ C 1. 2; in F. historia *e corr.* D 1. F 1, *et ita* D 2. H 1. 3. f) quoddam A 1. 2. B 2. F 1. G 1; quod G 3; condam E 1. g) et *deest* A 5. H 1; et adsolet *corr.* et ut solet A 2; adsole F 1; solet C. D. G. H 1. I 1. h) hac *deest* A 3; illaque G 3; illac D 2; huc illucque A *3. B 3. G 2. 5. i) tamen A 1. 2. 3. B 2. F. G, *corr.* tantum F 1; t. s. r. g. *des.* E 1. k) egressus F 1. 2. G 1. 3. 4. l) *ita* A 2. *3. B 2. 3. C. D. F 1. H 3; prope A 1. *2. *4. E 1. F 4. G 1. 3. 4. 5a. b; pro pedes illius d. G 2; pontem A 4. m) possint F 1. n) vaginam C 1, *corr.* vagina G 3; vaginę G 2. — exceptam C *1. o) illum F 1; illan *corr.* illud C 1. p) quod A 1. F 1; r. quod d. G 5a. q) quodam A 2. r) ingressus F 1. 4. G 1. 2. 3. — regressus F 1. G 1. 3. 4. s) Gunt(h)ramnis F 1. G 1. 3. 4. t) mirifica F 1. G 1. u) apparuisse A 2? C 1; paruisse *corr.* aparuisse G 3. v) per — quoddam *des.* A 3. w) *ita* A 1. *2. 4. B 2. 3. C *1. D 1. F 1. 2. G 1. 3. 4; montem quodam G 2; monte quodam A 5. D 1 *e corr.* 2. 3. 5. G 2 *e corr.* H 1; monte condam E 1; montem quendam C 1. G 5. I 1; q. *deest* F 5. x) *ita* A 1. 2. B 2. 3. C 2. E 1; multo A *2; multus C 1; multum A *3. 3. 4. 5. 5b. F 5. G 5; multa F 1. G 1; multos pondus *corr.* multa pondera D 1, *et ita ceteri* D. G 2. I 1; pondos E 1. F 1a; u. m a. p. a. *des.* A *4. y) Is — dormisset *des.* C *1; Ipse vero — dormisset *post suppl.* D 1; Ipse D 2. 5. H 1. 3; Qui autem praefatam reptilem viderat ei cuncta in ordine retulit C 2. z) *deest* F. G 1. 3. 4; est eff. *e corr.* G 3; est fossus G 2.

1) *Cf. Grimm, Sagen I, Nr.* 247. 249; *II,* 455; *Müller, Myth. p.* 181. 187. BE.

qui ibidem antiquitus positi fuerant, sunt reperti. De quo auro ipse rex postmodum cyborium[a] solidum mirae magnitudinis et magni ponderis fecit, multisque illud preciosissimis gemmis decoratum ad sepulchrum Domini Hierosolimam transmittere voluit. Sed cum minime potuisset, eodem[b] supra corpus beati Marcelli martyris, quod in civitate Cavallono[c,1] sepultum est, ubi sedes regni illius erat, poni fecit; et est ibi usque in praesentem diem. Nec est usquam ullum opus ex auro effectum, quod ei valeat conparari. Sed nos, his breviter quae relatu[d] digna erant contactis, ad historiam[e] revertamur.

(34) 35. Interim dum legati Authari regis in Francia[f]
590. Sept. 5. morarentur, rex Authari[g] aput Ticinum Nonas Septembris, veneno, ut tradunt, accepto, moritur, postquam sex[2] regnaverat annos. Statimque a[h] Langobardis legatio[i] ad Childepertum regem Francorum missa est[3], quae Authari regis mortem[k] eidem nuntiaret[l] et pacem ab eo expeteret[m]. Quod ille audiens, legatos[n] quidem suscepit, pacem vero in posterum se daturum promisit[o]. Qui tamen praefatos legatos post aliquod dies, promissa[p] pace, absolvit. Regina vero Theudelinda quia[q] satis placebat Langobardis, permiserunt eam in regia consistere dignitatem[r], suadentes ei, ut sibi quem ipsa[s] voluisset ex omnibus[t] Langobardis virum eligeret, talem scilicet qui regnum regere[u] utiliter possit. Illa vero consilium[v] cum prudentibus habens, Agilulfum[w] ducem Taurinatium[x] et sibi virum et Langobardorum genti regem elegit. Erat enim isdem vir strenuus et bellicosus et tam forma[y] quam animo ad regni gubernacula coaptatus. Cui[z] statim regina[a] ad se venire mandavit, ipsaque[b] ei obviam ad Laumellum[4] oppidum properavit. Qui[c] cum ad[d] eam

a) cy(i)burium A 2. 4. 5. B 2. E 1. F 1; cybarium G 1. b) *ita* A 1. 2. E 1. F 1. G 1; eodem transmittere D 3. 5; eodemque E 1; eadem A *2. G 3; eundem B 2. 3. C 1. 2. D 2. F 1 *e corr.* 2. I 1; eum H 1; idem A 5. D 1 *e corr.* F 5. G 5. c) Cavalonno A 3. 5. E 1; Cavallonio H 1; Cavolonno E 1; Cavalonis G 5c; Cavellono C 1; Cavellano C 2; Cavellonio *corr.* Cavillono D 1, *et ita* D 3; Cavillona D 2; Caballonno A *2. F 1. G 1. 2 (*corr.* Caballono); Caballono A 2. G 3; Cabalomno F 4; Caballano F 5; Cabillono B 2; Cabillonis G 5a; Avalonno A *3. d) relatum A *4. E 1. F 1. G 1. 3. 4. e) historia F 1. f) Franciam A 5. F 1. H 1. g) *deest* G 5. h) ad F 1. — Statimque — absolvit *des.* A *4. i) legatione A 2. k) morte G 1. 3. 4. l) ei denuntiaret B 3. D 2. F. G; ei denuntiarent G 5a; m. adnuntiarent G 5b. m) expeterent E 1. F. G. n) legato A 2. o) permisit A 2. p) promissam pacem absolvunt F 1; dissolvit A 2. q) Reginam — Theudelindam D 2. — qui *corr.* quae D 1, *et ita ceteri* D. C 1. H 1. r) *ita* A 1. 2. E 1; regiam c. dignitatem B 2. F 1. G 1. 4; regiam c. dignitate G 3; regia c. dignitate C. D. G 2. I 1, *alii.* — consisterem F 1. s) *deest* C. D. t) *deest* A 2. u) ut. r. A *3. v) consilio F 1. G 1. 3. 5a; consilia G 5b. w) Agiulffum F 1. x) Taurinatum F 1. y) formam F 1. z) Quem A 5. C. D. H 1. a) reginam F 1. b) ipsaque — properavit *des.* G 3. 4. c) Quia A 2. d) *deest* C 1. I 2, *post add.* G 4.

1) *Châlon-sur-Saone.* 2) septem *Or.;* ann. 6, mens. 6. *Cont. Prosp.* 3) *Cf. Greg. Tur. X,* 3, *cujus verba Paulus liberius reddidit.* 4) *Lumello.*

*venisset, ipsa sibi post aliquod[a] verba vinum propinari 590.
fecit. Quae[b] cum prior bibisset, residuum Agilulfo[c] ad biben- *p. 114.
dum tribuit. Is cum reginae, accepto poculo, manum honorabiliter osculatus[d] esset, regina[e] cum rubore subridens, non deberi[f] sibi manum osculari, ait, quem[g] osculum[h] ad os iungere oporteret[i]. Moxque eum ad suum basium erigens, ei de suis nuptiis deque regni dignitate aperuit[1]. Quid plura? Celebrantur cum magna laeticia nuptiae; suscepit Agilulf, qui
fuerat cognatus regis Authari, incoante[k] iam mense Novembrio Nov.
regiam dignitatem. Sed tamen, congregatis in unum Lan-
gobardis, postea mense Maio[l] ab omnibus in regnum aput 591. Mai.
Mediolanum levatus est.

## FINIT[m] LIBER TERTIUS.

## INCIPIUNT[n] CAPITULA LIBRI[o] QUARTI.

1. Quod Agilulf[p] rex pro captivis legatos in Francia[q] misit.
2. De siccitate[r] quae eodem anno fuit, et de locustis.
3. Quod rex Agilulf Mimulphum[s] occidit, et de rebellatione Gaidilulfi[t] et Ulphari[u].
4. De peste aput Ravennam, et de bello Childeperti cum filio Hilperici[v], et[w] de portentis.
5. Quod codicem dialocum[x] beatus Gregorius Theudelindae reginae direxit.
6. De bonis actibus eiusdem Theudelindae reginae.

a) *ita* A 3. C 1; aliquid A *4; aliqua A *3. 4. 5. B 1a. 2. F. G. I 1. 3; aliquanta I 2; aliquot *ceteri*. b) Qui G 1. 3. 4. c) Agiulfo F 1. d) obsc. A 1. e) reginam F 1. f) debere C 1. D 3. G 5. H 1. — manus A 3. g) que F 1. G 1. 3; o. atque G 2. 4. h) sibi *add.* C 4b. 5. G 2. 5. i) oportere G 1. 2. 3. 4. 6; sed osculum ad os (sed os G 5b) sibi iniungere oportere G 5a. b. c. k) incoantem F 1. l) Madio F 1. m) *ita* A 1. 3. 4. D 1. 3. F 1. Explicit A 2. G 1. 4, *alii*; *des.* G 3. 4. n) *in quarti libri indice codices tantum non omnes conveniunt*; *deest* A *2. B 1a. E 4. G 5b. I 2; *in* A *4 *desunt argumenta capitum* 3. 6. 7. 11—13. 23—25. 27. 28. 30—35. 39—48; *ultimorum loco legitur*: De bello quod fecit Rothari rex cum Romanis. De morte Rothari rex et eius sepulchrum qui in ecclesia sancti Iohannis situm est. o) liber F 1. p) Agiulf F 1 *const.*; Agillulf D 1; Agilulfus D 3. I 1, *alii*. q) Franciam A 4. 5. 6. D 4. F 5. G 1. 5a. H 1. I 1. r) siccitatem F 1. s) *ita* A 1; Mimulfu F 1; Mimulfum *plerique*, *corr.* Minulfum G 2. t) *ita* A 1. F 1. G 1. 3; Gaudulfi A 4. 6. B 2. C 1. D 1. 2. E 1. H 1; Gaidulfi A 3. 5. C *1? D 3. F 4. G 5a. I 1, *et infra c.* 3. *omnes*. u) Uulfari G 2; Alphari *vel* Alfari *plerique* C *et* D. H 1; Aufari D 2. v) Helperici G 1. 2; Chilp. A 3. B 2. D 2. E 1; Chilpeperici G 3; Ilper. A 5. 6. w) et d. p. *des.* C. D. H 1. x) *ita* A 1. E 1. F 1; dialogorum D; dialogum *ceteri*.

1) *Haec an verae historiae conveniant, dubitari potest. Brevis Originis narratio indicare videtur, Agilulfum vi coronam appetisse eamque, Theodelinda sibi conjugio copulata, adeptum esse. Cui rei etiam tempora a Paulo relata conveniunt. Neque Prosperi continuator aliud innuere videtur.*

7. Quod Tassilo ab[a] Hildeperto[b] Francorum rege[c] rex ordinatus est.
8. Quod Romanus patricius civitates quas Langobardi[d] tenebant invasit[e]; et quia rex Agilulf Maurissionem[f] ducem occidit, et quia cum beato Gregorio et Romanis pacem fecit.
9. Epistola[g] beati Gregorii ad Theudelindam[h] reginam. Item[i] alia eiusdem ad[k] Agilulfum regem.
10. De stilla[l] comete[m] et morte Iohannis episcopi et Euin[n] ducis, et de Baioariis.
*p. 115. *11. De morte Childepertio[o] Francorum regis, et de[p] bello Avarorum[q] cum Francis, et de transitu[r] Gunthramni[s] regis.
12. Quia cacanus legatos ad Agilulfum misit, et de pace[t] cum Gallinico[u] patricio.
13. De[t] pace Agilulfi cum Francis[v], et de morte Zangrulfi[w] et Warnecautii[x].
14.[y] De peste aput Ravennam et mortalitate[z] aput Veronam.
15. De signo sanguineo in caelo et bello[a] inter se Francorum.
16. De morte Ariulfi[b] ducis Spolitani[c], et de ducato[d] Theudelapii.
17. De depraedatione[e] facta a[f] Langobardis in[g] coenobio sancti Benedicti.
18. De morte Zottonis et[h] ducatu Arichis.
19. Epistula beati[i] Gregorii papae ad eundem Arichis.
20. De captivitate filiae regis Agilulfi[k], et quia rex Agilulf[l] cacano[m] artifices[n] direxit.
21. De basilica beati Iohannis in Modicia[o], quam Theudelinda regina aedificavit.

a) ad G 4; a D 2. G 2. b) Childep. G 1; Childeb. C 1. D (1 *e corr.*). G 2. I 1; Ildip. F 1. c) regem F 1. d) Langobardis F 1. e) inbasi et q. F 1; invasi sunt G 1. 3. 4. f) Maurisionem G 1. 3. 4. I 1; Marisionem F 1; Marsionenem C 1; Massionem D 2; Marsionem D 1. *3a. H 1; Martionem D 1a. g) De ep. H 1. I 1. h) Theodol. *hoc loco* A 1. i) Et C 1. H 1. — alia *deest* C 1. D. — *novum arg. a vocabulo* Item *incipit* A 6. k) *post suppl.* F 1. l) *ita pro* stella A 1. 2. D 1. F 1. m) comate G 2. 3. 4; comite A 2. C *1. D 1. G 1. 5a. I 1; comitem E 1. n) Euuin G 2. o) Gildep. F 1. p) *deest* G 3. q) Abarorum F 1, Avarum D (1 *e corr.*); Avareum C 1; avorum G 2. r) transitum F 1. s) Gun(m)t(d)ramnis F 1. G, *ubi* regis *deest*; Guntramno D 1. t) pacem F 1. u) Callinico G 4; Gallino C 1. 5. D 1 (*corr.* Gallinico). v) Franci F 1. w) Zangrumfi D 3; Zangrurlfi C *1; Zaurulfi D 2; Zamgulfi F 1; Gangulfi A 3; Angrulfi G 4. x) Warnecauti A 3; Warnecaudi H 1; Warnecaud C 1; Warnegaudi *e corr.* D 1, *et ita vel* Warnegaudii *ceteri* D; Warne causi A 6; Warenę causi A 5; Warnacatii G 1; Warnachatii G 5a; Varnecacii G 3; Warnecatii I 1; et W. *des.* G 2. y) *hoc arg. deest* A 3. z) mortalitatem F 1. a) bellum C *1. D; bellum inter Francos C 1; b. in se F 3. b) Agiulfi F 1; Agilulfi G 1. 2. 3; Ragclulfi G 4; Aiulfi I 1. c) Spul. F 1. G 1. 2. d) *ita hoc loco* A 1. F 1. G 1. 3; ducatu *alii.* — de *deest* I 1. — Teudel. F 1. G 1. 2. e) præcatione C 1; predicatione *corr.* predatione G 1. 2; pred. D 2. G 3. 4. I 1. f) ad F 1. g) in c. s. B. *des.* G 3. 4. h) et de d. C. D. G 2. H 1. i) *deest* I 1. k) *deest* G. l) Agiulf F 1. m) c. regi D 2. n) artificem C. D. G. H 1. I 1; artifice F 1; artifici A 5. 6. o) Modicio A 3; Modicina I 1.

22. De palatio, quod construxit.
23. De subversione Patavinae[a] urbis.
24. De pace facta cum Avaribus[b], et quod Langobardi Histriam sunt ingressi.
25. De nativitate[c] Adaloaldi, filii Agilulfi, et de invasione Montis[d] Silicis.
26. De morte Mauricii imperatoris.
27. De Gaidoaldo[e] et Gisulfo ducibus, et de[f] baptismo Adaloaldi[g].
28. De captu Cremonae et Mantuae, et de morte filiae regis, et de[h] bello Francorum.
29. De transitu[i] beati[k] Gregorii papae et[l] eius sanctitate[m].
30. De regno Adaloaldi, et de pace[n] facta cum Francis.
31. Bellum Francorum cum Saxonibus.
32. De pace facta cum Smaracdo[o] patricio, et de captis Tusciae civitatibus.
33. De morte Severi patriarchae et sacerdotio Iohannis et Candidiani.
34. De invasione Neapolitanae civitatis, et de morte Eleutherii[p] falsi imperatoris[q].
35. De pace facta cum imperatore[r].
36. De Focate[s] augusto et eius nece et[t] imperio Eraclii.
*p. 127. hodie Langobardorum[y] gens nec regem nec duces *nec comites haberet atque in[z] summa confusione divisa esset. Sed quia Deum timeo, in morte[a] cuiuslibet hominis me miscere[b] formido. Malcus autem isdem[c] episopus neque

a) sanctus G. p. G 4; papa *deest* B 1. 2. b) loco G. c) apostolatus (apostolatos C *1) A 5. B 1a. 2. C. D. F 5. H 1. d) *deest* F. G; autem *deest* D 3. e) frigidam F 1. f) *deest* B 1. g) vastatae — partim *des.* C. D. E 1 (*post suppl.*). F *2. h) enim A 2. i) *ita* A 1. 2. *4. B 1. 2. F 1; famae G 1; sitique partim B 1; sitique perire B 2. k) *deest* B 1. C 2. l) epistolam F 1. G 1, *et ita in archetypo fuisse putarim*; quandam epistolam C. D 1 (*corr.* quadam epistola). 2. E 1. F 2. 4. I 1. 2; quandam (quendam 1) paucam epistolam B 1. 2. m) vix A 2; hunc F 1. n) et A 1; insereret A 2; ut *e corr.* D 1. o) quam — Malchum *post suppl.* D 1. p) *ita* A 1. 4; filius (filiu?) C *1; filios *ceteri.* q) Malcum *corr.* Malchum A 2; Malchus A *4; Malchum A 3. B 1a. D 1, *alii.* r) custodiam F 1. G 1. 2. 3. s) Savino A 2. t) apocrisario A *2. *4. 5. C 1. E 1. G 1. 2. I 1; apocrissario G 4; apocrisarium A 4; apocrisiano B 2. G 5a, *alii.* u) *deest* E. F. G. v) sic F 1. G 1. 4; non sic G 5a; sic non G 5b. c; *deest* G 3. w) mortem C 1. F. G 1—4; in m. *des.* E 1. — vel *deest* A *2. C 1. D 1. G 2. H 1. x) Langobardorum — hodie *des.* F 1 (*post suppl.*). 2. 3. G; *eorum loco habent* G 2: vellem cuiuslibet hominis me miscere; G 5: Langobardorum consentio et si in multis ipse me non interposuissem, gens ista nec. y) nec Lang. nec B 1. z) *deest* A 1. — summam confusionem F 1. a) mortem E. F. G. I 1. b) misceri A 2. c) hisdem A *2. 2? 3. 4. B 1. 2. F 1. G 1—4; idem A 1. B 3.

1) *Non bene Paulus secundum annum imperii Phocae cum morte d. Gregorii per indictionem octavam illigavit; constat enim sub finem anni* 602. *Phocam imperare coepisse, currente sexta indictione.* BI. *Errat Paulus Bedam secutus; Gregorius obiit a.* 604, *ind.* 7. BE. 2) *Ex G. pont.* 3) *De fame referunt G. pont. Sabin. et V. Gregorii M. c.* 29. 4) *Reg. IV,* 47.

in[a] custodia fuit neque in aliqua afflictione; sed die qua[b] causam dixit et addictus[c] est, nesciente me[d], a Bonifacio notario in domum eius ductus est ibique prandidit et honoratus est ab eo et nocte subito mortuus est'. Ecce quantae humilitatis vir iste fuit, qui, cum esset summus pontifex[e], se servum nominavit! Ecce quantae innocentiae[f], qui nec in morte Langobardorum, qui[g] utique et increduli erant et omnia devastabant, se[h] noluerit ammisceri[i]!

30.[k] Igitur sequenti aestate mense Iulio levatus est (31)
Adaloaldus[l] rex super Langobardos aput Mediolanum in 604. Iul.
circo, in praesentia patris[m] sui Agilulfi regis, adstantibus legatis Teudeperti[n] regis Francorum, et disponsata[o] est eidem[p] regio puero filia regis Teudeperti, et firmata est pax perpetua cum Francis[1].

31.[q] Eodem tempore Franci cum Saxonibus pugnantes[r], (32)
magna strages[s] ab utrisque partibus facta est. Apud Ticinum quoque in basilica[t] beati Petri apostoli Petrus cantor fulmine ictus est[u].

32. Sequenti denique[v] mense Novembrio rex Agilulf (33) 605.
pacem fecit[w] cum Smaracdo patricio in annum unum, acci- Nov.
piens a[x] Romanis[2] duodecim milia[y] solidorum. Civitates quoque Tusciae, hoc est Balneus[z] Regis[3] et Urbs[a] Vetus, a Langobardis invasae sunt. Tunc etiam mense Aprili et 606.
Maio[b] apparuit in caelo stella quam cometem[c] dicunt. Dehinc Agilulf rex iterum fecit pacem cum Romanis tribus annis.

33.[d] His diebus defuncto Severo patriarcha, ordinatur (34)
in[e] loco eius Iohannes abbas patriarcha in Aquileia[f] vetere,

a) *deest* F 1 (*ubi* custodi). G 1; neque in c. f. *des.* F 5. b) di causam F 1; di quam *corr.* dicam quam G 1; dico quam G 3. 4; s. aliquam c. G 5a. c; s. aliqua c. C 2. c) additus G 3. 4; adictu B 1; adductus A *4. 4. 5. C. D 1. 2. H 1, *et e corr.* A 3; abductus I 1; adducta E 1; et dictus B 2. d) *deest* F 1 (*postea ante* nesc. *suppl.*). G 1. 3. 4; me n. G 2. e) Dei p. s. s. hominum C. D. I 1. f) i. vir iste fuit B 1. 2. g) q. u. *des.* B 1. — et *deest* C 1. G. L 1. h) sese A *2. 2. 4. 5. B 1. 1a. 2. C 3. D. H 1; esse C 1; sed G 4. — noluerint A 2; noluit B 1a. D 2. E 1. F *2. I 2; noluerat B 1. G 2. I 3; noluerant B 2; voluerit D *3a. 3. 4. G 5a. c. i) amisceri A 2? 3. 4. C 1. D 1. G 3. 4; ad(m)miscere A 5. C 4b. F *2. G 2. 5a. c. k) *hoc cap. om.* A *4. l) Adaioaldus A *3; Adadoloaldus G 1. 4 (— dux). m) patri A 1. B 1. D 1. E 1. F 1. G 1, *littera* s (patrisui) *in archetypo semel tantum scripta.* n) Theudip. F 1 (*mox* Teudip.). G 1. o) *ita* A 1. 2. C 1. D 1. F 1. G 1—4; desp. B 1, *alii*; dispensata C *1. p) idem F 1a. 4. G 1—4. q) *hoc cap. om.* A *4. r) Francis — pugnantibus *corr.* D 1, *et ita alii* D. s) m. ab u. p. f. e. str. A *3. t) ecclesia A 2. u) i. e. mortuus D 2. v) Sequentibidenque B 1; Seq. idemque G 2. 3; *erasum* G 4; S. tempore G 5a. b. c. w) *deest* B 1. x) *deest* A 2. y) *deest* B 1. z) Balneum G 2. 5c; Balneoregium F 5; Regis *deest* D 2. 3. a) Urbis A *2. C 1. F 1. G 1—4; Urbe E 1. — luctus A 2; uenis A 3. b) Magio G 3. 4. L 1. c) comitem A *2. E 1. F 1; comite G 1; commates *corr.* commatem G 4. d) *hoc cap. om.* A *4. L 1. e) in l. e. *des.* D 3; ord. — patr. *des.* B 1. f) Aquilegia F 1; *cf. supra p.* 92 *n.* p.

1) *Cf. quae narrat Fred. chron.* c. 45. 2) *i. e. Graecis, ut IV,* 47. *VI,* 46. BE. 3) *Bagnarea; Orvieto.*

cum consensu regis et Gisulfi ducis[1]. In Gradus quoque ordinatus est Romanis[a] Candidianus antistis[b]. Rursum mense Novembrio et Decembrio stella cometis[c] apparuit. Candidiano quoque defuncto, aput Grados[d] ordinatur patriarcha Epiphanius, qui fuerat primicerius notariorum, ab episcopis qui erant[e] sub Romanis. Et[f] ex illo tempore coeperunt duo esse patriarchae.

(35) *p. 128. *34.[g] Hac[h] aetate Iohannes[2] Consinus[i] invasit Neapolim. Quem de eadem civitate[k] non multos[l] post dies Eleutherius[m] patricius expulit eumque interfecit. Post haec isdem[n] Eleutherius patricius eunuchus[o] imperii iura suscepit. Qui dum a Ravenna Romam pergeret, in castro Luceolis a militibus interfectus est, caputque eius Constantinopolim imperatori delatum est.

(36) 35.[p] Hac etiam[q] tempestate misit rex Agilulf Stablicianum[r] notarium suum Constantinopolim ad Focatem[s] imperatorem. Qui rediens cum legatis imperatoris, facta[t] pace annuali, Agilulfo[u] regi idem legati imperialia munera optulere[v].

(37) 36.[w] Focas igitur, ut praemissum[x] est, extincto Mauricio eiusque filius[y], Romanorum regnum invadens, per octo annorum curricula principatus est. Hic[3] rogante papa Bonifacio[z] statuit, sedem Romanae et apostolicae ecclesiae caput esse[a] omnium ecclesiarum, quia ecclesia Constantinopolitana prima[b] se omnium ecclesiarum scribebat. Idem alio[c] papa Bonifacio petente iussit, in veteri fano quod pantheum[d] vocabatur, ablatis idolatriae sordibus, ecclesiam beatae semper virginis Mariae et omnium martyrum fieri, ut, ubi[e] quondam

a) a. R. A *3. 5; Romanus A *2. B 1. D 1a. E. F. G; *deest* B 1a. 2. b) *ita* A 1. 2. F 1; antestis G 1; antistitis C 1. c) comitis A *2. E 1. F 1. G 1. *2; comates G 3; cometes C 1. G 2, *alii.* d) *ita hoc loco* A 1. *2. 2. 3. 4. 5. C 1. D 1. F 1. G 1. *2. 4; Gradus D 3. G 2. 3, *alii*; Gradibus C 2. e) erat A 2. F 2. f) Ex illo namque B 1; et *deest* A 2. g) *hoc cap. om.* A *4. h) Hac etiam a. B 1. i) Confines C 1. 2. D *3a. I 1; Confinus D 1; Confinis D 3; *corr.* Cors. F 1. k) civitatem C *1. 1. l) multo F 1. G 1. 4. 5a (*deest* dies); n. p. m. d. A *3. m) Eleth. F 1; El. — Post haec *des.* B 1. 2; El. — isdem *des.* G 4. n) hisdem F 1. G 1; idem D 3, *alii.* o) heunchus C 1. p) *hoc cap. om.* A *4. q) *deest* B 1. r) Stabilicanum A 3; Stabilic(t)ianum B 1. 2. F 5; Stablisianum F 2. 4. G 1. 5a. c; Stabilisianum G 3. 4; Stabilianum *corr.* Stabilisianum G 2; Stabicianum D 1 s) Focacem A 5. F 1. G 1. 3. 4. t) factam pacem F 1. u) A. r. *des.* B 1. 1a. v) optuleret F 1. w) *hoc cap. om.* A *4. x) prom. A 2; premissus F 1. y) *ita* A 1. *2. 2. 4. D 1. E 1. F 1. G 1–4; filios B 1. 2; filio F *2; filiis A 2. D 2. 3. z) Bonef. B 1a. 2. C 1. D. G 1. 4. I 1. — papa *deest* G 3. a) esset F 1. b) *ita* A 1. *2. 2. B 1. C 1. D 1. E 1. F 1. G 1. *2. 2; primam A 3. D 2. 3, *alii.* c) etiam C 1. 2. H 1. I 1; *deest* F *2. — papa *deest* G. d) panteum C 1. G 2; panthum A 3; pantheon B 1. — vocabat *corr.* vocabant C 1, *et ita* I 1. e) ibi A 1; et ubi A 2? G 4.

1) *Cf. Johannis epist., Baronius a.* 605 *(Troya* 282*), et Chron. Gradense infra edendum.* 2) *Haec ex G. pont. Deusd. et Bonif. V. Cf. Cont. Prosp. p.* 37, *qui et alibi cum Gestis pont. convenit; Jacobi p.* 53. 3) *Ex Bedae chron.*

omnium[a] non deorum, sed demoniorum cultus agebatur[b], ibi deinceps omnium fieret memoria[c] sanctorum. Huius[1] tempore Prasini et Veneti per orientem et Aegyptum civile bellum faciunt ac[d] sese mutua caede prosternunt. Persae[2] quoque adversus[e] rem publicam gravissima bella gerentes, multas Romanorum provincias et ipsam Hierusolimam[f] auferunt. Et destruentes ecclesias, sancta quoque profanantes, inter ornamenta locorum sanctorum vel[g] communium etiam vexillum dominicae crucis abducunt[h]. Contra hunc Focatem Eraclianus, qui Africam regebat, rebellavit, atque cum[i] exercitu veniens, eum regno[k] vitaque privavit remque
publicam Romanam Eraclius[l], eiusdem filius, regendam 610.
suscepit.

37. Circa haec tempora rex Avarum[m], quem sua[n] (38)
lingua cacanum appellant, cum innumerabili multitudine[o] veniens, Venetiarum fines ingressus est. Huic Gisulfus Foroiulanus dux cum Langobardis, quos habere poterat, audacter occurrit; sed quamvis forti animositate contra inmensam[p] multitudinem bellum cum paucis gereret, undique tamen circumseptus, cum omnibus pene suis extinctus est. Uxor vero eiusdem Gisulfi nomine Romilda[q] cum Langobardis qui
evaserant sive eorum uxoribus et filiis qui in *bello perierant, *p. 129.
intra murorum Foroiulani castri muniit[r] septa. Huic erant filii Taso et Cacco[s] iam aduliscentes[t], Raduald[u] vero et Grimuald[v] adhuc in puerili aetate constituti. Habebat vero et filias quattuor, quarum una[w] Appa[x], alia Gaila[y] vocabatur[z], duarum vero[a] nomina non[b] retinemus. Communierant[c] se quoque Langobardi et in[d] reliquis castris quae his vicina

a) omnium — deinceps *des.* C 1. b) augebatur F 1. G 1. 3. 4; ag . . ebatur D 1; habebatur G 5a. c; erat A 3? c) *deest* G 2. d) ac — rem publicam *des.* G. e) adversum A 2. f) *ita* A 1; Hyerosol. F 1; Hierosol. *ceteri fere omnes.* g) illorum G 3. 4; v. c. *des.* I 2. h) adducunt A *2. B 1. D 1a. F. G. H; advenit I 2. i) cum — vitaque *des.* G 3. 4; cum *deest* G 2. — exercitum F 1. k) recognovit atque pr. A 3. l) Heracleus B 1; Eradius F 1. m) Avarorum A *2. 3. 6. B 1. 2. C 1. E 1. G 1. 3. H 1. — que F 1. n) suam linguam B 1. G 3. o) multitudinem F 1. p) inmensa F 1. q) Romelda A 2; Romilla D 1 *nonnumquam,* D 2 *constanter*; Romilda F 1; Romhild G 5c; Rumilda *infra semel* A 3. G 3. r) munivit A 2. C *1. 3. 5; munuit E 1; muniunt C 1. 2. D 1. I 1. 1b; castra (se?) munivit C 4a. b; se F. c. muniit A *3. 3. 4. B 1. 2. 3. I 3; se F. c. munit B 1a; se F. c. muniut A 5; se F. c. muniunt A 8; muros se F. c. muniit A 6; c. munii F 1; c. (castro G 2) monii septa configit (confugit G 3. 4) G 1—4; c. moeniis septa confugit G 5c; c. s. confugit G 5a. s) Caco D 2. 3. G 4; Caao A 4; Cacano C 1. t) *ita* A 1. E 1; adulescentes A 4. C 1. F 1. G 5a; adhul. D 1; adulesentes G 3; adolescentes *alii.* u) Radoald A 2. 6. C 1. 5; G 1. 4; Raddoald F 1; Radoald A *3. 4. 5. F 4. I 1; Rodoaldus B 1. 2; Radoaldus D 2. 3; Radwald G 5c. v) Grimoald A 2. *3. 3. 5. 6. C 1. D 1. G 1; Grimoaldus B 1. 2. D 2. 3; Grimwald G 4. 5c. w) unam F 1. x) Papa C 1; Pappa F 2; Mappa G 5c. y) Gala A *3. z) vocabantur A 2. F 1. a) *deest* A 3. b) minime B 1. c) communierunt A 3. D 2. 3. F 1. G 1—4; cōuniū B 1. d) *deest* B 1.

1) Huius — prosternunt *ex Isidori chron.* 2) Persae — abducunt *ex Beda.*

erant, hoc est in Cormones[a. 1], Nemas[b], Osopo[c], Artenia[d. 2], Reunia[e], Glemona[f], vel etiam in Ibligine[g. 3], cuius positio omnino inexpugnabilis existit[h]. Pari etiam modo et in reliquis castellis, ne Hunnis, hoc est Avaribus, praeda fierent, se communivere. Avares vero per omnes Foroiulanorum fines discurrentes, omnia incendiis et rapinis vastantes, Foroiulanum[i] oppidum obsidione claudunt et totis viribus expugnare moliuntur. Horum rex, id est cacanus, dum circa muros armatus cum magno equitatu perambularet[k], ut, qua ex parte urbem facilius expugnare posset[l], inquireret, hunc Romilda de muris prospiciens, cum eum cerneret iuvenili[m] aetate florentem, meretrix nefaria concupivit[n], eique[o] mox per nuntium mandavit, ut, si eam in matrimonium sumeret, ipsa eidem civitatem cum omnibus qui aderant traderet. Quod rex barbarus audiens, eidem malignitatis dolo quod mandaverat se facturum promisit eamque se in matrimonium[p] accipere spopondit. Illa vero nihil morata, portas Foroiulensis castri aperuit et ad suam[q] cunctorumque qui aderant perniciem hostem[r] introduxit. Ingressi vero Avares cum rege suo Forumiulii[s], universa quae invenire[t] poterant rapinis diripiunt[u]; ipsamque[v] urbem flammis concremantes, universos quos reppererant[w] captivos adducunt[x], fallaciter tamen eis promittentes, quod eos, unde digressi[y] fuerant, Pannoniae in finibus conlocarent. Qui cum patriam revertentes ad[z] campum quem[a] Sacrum nominant pervenissent, omnes qui iam in[b] maiori aetate constituti erant Langobardos gladio perimere statuunt, mulieres vero et parvulos captivitatis sorte dividunt. Taso vero et Cacco seu Raduald, filii Gisulfi et Romildae, cum hanc Avarorum malitiam cognovissent, statim ascensis equis fugam arripiunt. E quibus

a) Cormonans A 6. b) Nemos A 2; Nemaso G 5a. c; Menas D *3a. 3; Hemas B 1. 2. c) Ossopo G 3. d) Arcenia F 4; Artema D 3. 4. F 5. G 2; Artemia C 2; Arteunia D 2, *ubi* Reunia *deest.* e) Reuma A 3. G 1. 2; Areunia D 3. f) Glemena D 2. g) e. inbligine D 1—4; e. inibline A 4. G 5a; e. mibligine A 3. I 1; e. in ebliginem G 3; e. in ebligine G 4; unbligine B 1a. h) extitit C 1. F *2. G 3; existat *corr.* existit G 2. i) F. itaque o. B 1. k) circuiret B 1. l) possit G 1. 3. m) iuvenali G 2. 3; *cf. supra p.* 135 *n.* a. n) statim c. eum B 1. 2. o) ei quoque F 2. G 1—4. p) matrimo B 1; matrimonio B 1a. C 1. 2. D 2. F *2. G 2. 3. — *in* A 1 *haec avulsa sunt.* q) sua F 1. G 1; a suo G 3. r) hunc F. G. s) Forumiuli A 2. 3. F 1. G 1; Foroiuli G 4. t) invenirent F 1. u) derip. C 1. F 1. G 1. 2; *in hoc verbo desinit* G 5b. v) ipsaque F 1; ipsam G 1—4. w) *deest* C *1. 1. x) *ita* A 1. *2. *4. 6. C *1. 1. D 1. E 1. F. G; abducunt *ceteri*; *cf. supra.* y) die gressi A 2. z) et ad A 3. C 1. 2. D 1. G 3 *e corr.* 5c. I 1. a) qȝ (que) A 1. 2; que A *2. E 1. G 5a; quod F 1. G 1. 3. 4. H 5a. I 2. b) *deest* A 2.

1) *Cormons; Nimis; Ossopo ad Tagliamento fluvium.* 2) *Artegna in Carnia; Ragogna, villa capitulari ecclesiae Cividalensi pertinens; Gemona in provincia Forojuliana.* BE. 3) *Iplis, quarto a Cividale miliario in via ad Cormons ducente. Cf. Cluver, Ital. ant. XV.* BE.

unus Grimoaldum[a] puerulum fratrem suum, dum existimaret[b] utpote parvulum super equum currentem[c] se tenere non posse[d], *melius ducens[e] eundem gladio perimere quam captivitatis* iugum sustinere, eum occidere voluit. Cum igitur ut eum percuteret lanceam elevasset, puer lacrimans exclamavit, dicens: 'Noli me[f] pungere, quia possum me super[g] equum tenere'. Qui iniecta manu[h] eum per brachium adprehendens super[g] nudum equi dorsum posuit eundemque ut si posset[i] se continere hortatus est. Puer[k] vero frenum equi manu[l] arripiens, fugientes germanos et ipse secutus est. Quo conperto, Avares mox ascensis equis eos persecuti sunt; sed reliquis veloci fuga evadentibus, Grimoald puerulus ab uno eorum, qui velocius cucurrerat, capitur. Nec tamen eum suus conprehensor gladio ferire propter parvitatem aetatis dignatus est, sed sibi eundem potius serviturum[m] reservavit. Cumque eum[n] ad castra[o] revertens adprehenso eiusdem equi freno reduceret deque tam nobili praeda[p] exultaret — erat enim ipse[q] puerulus eleganti forma, micantibus oculis, lacteo crine perfusus —; qui cum se captivum trahi doleret,

*p. 130.

Ingentes animos angusto[r] in pectore versans,

ensem, qualem in illa aetate habere poterat, vagina exemit seque trahentem Avarem[s], quantulo[t] adnisu valuit, capitis in vertice[u] percussit. Moxque ad cerebrum ictus[v] perveniens, hostis[w] ab equo deiectus est. Puer vero Grimuald verso equo fugam laetabundus arripiens, tandem fratribus iunctus est eisque liberatione sua, nuntiato[x] insuper hostis interitu, inaestimabile gaudium fecit. Avares vero omnes Langobardos qui iam in virili aetate erant gladio perimunt, mulieres vero et parvulos captivitatis iugo addicunt[y]. Romildam[z] vero, quae totius malitiae caput extitit, rex Avarum[a] propter iusiurandum, sicut ei spoponderat, nocte una quasi in matrimonio[b] habuit, novissime vero duodecim Avaribus tradidit,

a) *ita hoc loco etiam* A 1. 2. — parvulum G 3. 4. b) extimaret E 1; estimaret D 2. F *2. G 2. 3. c) currere A 2; currentes C *1; c. retinere F (se ret. 5). G. d) posset F 1. e) dicens esse B 1. f) frater mi *add.* B 1. g) *deest* G 3. h) manum B 1; iniectam manum F 1. i) possit F. G 1—4; sicut posset G 5c; si *deest* A 4; si p. *des.* C. D. — sese D. — contineret B 1a. D. G 5c; teneret G 5a; contingera A *4; sequeretur C 1. 2. I 1 (continere A 2—5. B 1. 2. D 1. F. G 1—4; *in* A 1 *haec avulsa sunt*). k) Puer — secutus est *des.* C 2. l) manum C *1. F 1. G 1—3; *quod fortasse recipiendum erat.* m) servitium A 2; ad servitium C 1. 2; servituti B 1. n) *deest* G 3. 4. o) castram G 3. p) predam F 1. q) *deest* C 1. r) *deest* B 1. 2. s) Avare F 1. t) quantulum C 1. 2. D 1. G 1—4. H 1; quantumlo F 1. u) verticem A 1; capitis in capite *corr.* in capite F 1, *et ita* F 4. 5. G. v) *deest* G 4. 5c. w) hosti A 2. x) nuntiato *corr.* nuntiata A 1. G 1. 3; nuntiata A 3. 4. B 1 (suam liberationem nuntiata et). 2. C. D, *alii*; nuntians B 2. — interitum B 1. 1a. 2. C 1. 4b. D 1. E 1. G 2. 3. 4; interitus F 1. y) addicunt *corr.* abdicunt A 1; abdicunt A 4. B 1. 2. C 1. 2, *corr.* addicunt G 5a; addicunt *corr.* adducunt F 1, *et ita* A 5. F 4. G 1—4. I 1. 2; abducunt A 3. G 5c. z) Romilda B 1. D 1. a) Avarorum A 1? B 1. 2. G 3. 4; Avarum *corr.* Avarorum G 1. b) matrimonium B 1. G 1.

qui eam per totam noctem vicibus sibi succedentes libidine vexarent. Postmodum quoque palum in medio campum[a] configi[b] praecipiens, eandem in eius acumine inseri mandavit[c], haec insuper exprobrando inquiens: 'Talem te dignum est maritum habere'. Igitur dira proditrix patriae tali exitio periit, quae amplius suae libidini quam civium et consanguineorum saluti prospexit. Filiae vero eius non matris libidinem secutae, sed castitatis amore[d] studentes ne a barbaris[e] contaminarentur, crudorum pullorum carnes sibi inter mammas sub fascia posuerunt, quae[f] ex calore putrefactae odorem foetidum exalabant. Cumque eas vellent Avares contingere[g], non sustinentes foetorem, putabant eas naturaliter ita foetere[h], procul ab eis cum execratione recedentes[i] atque dicentes, omnes Langobardas foetidas esse. Hac[k] igitur arte Avarorum libidinem[l] puellae nobiles evadentes, et ipsae castae servatae sunt et utile servandae castitatis, si quid tale feminis contigerit[m], mandaverunt exem-
*p. 131. plum. Quae postea per diversas regiones *venundatae, iuxta nobilitatem suam dignis sunt nuptiis potitae[n]. Nam una earum[o] Alamannorum regi, alia vero dicitur[p] Baioariorum principi[q] nupsisse.

(39) Exigit[r. 1] vero nunc[s] locus, postposita generali[t] historia, pauca etiam privatim de mea, qui haec scribo, genealogia retexere[u], et quia res ita postolat[v] paulo superius narrationis ordinem replicare. Eo denique tempore quo Langobardorum gens[w] de Pannoniis ad Italiam venit Leupchis[x] meus abavus[y] ex eodem Langobardorum[z] genere cum eis pariter adventavit. Qui postquam aliquod[a] annos in Italia[b] vixit, diem clau-

a) *ita* A 1. 2. 4. E 1. F 1. G 1. 2. 4. H 1. I 2; capis *corr.* campi G 3; campi A 3; medium campum H 5a; campo A 5. 6. B. C. D. F 4. 5. I 1. b) confixi A 1; confrigi C 1; figi F 4. c) m. dicens B 1. d) amori A 3. B 1a. C 4b. H 1. e) ab Avaris C. D. F 4. I 3; ab Avares B 1. 2; ab Avaribus B 1a; ne Avaribus I 1. f) qui A 2. g) contingeret F 1. h) facere A 2. B 2. C 1; fetere *e corr.* D 1; foetare G 1. 2. i) recedebant dicentes D 2. 3. k) Hęc A 2. l) libidine A 3. F 1. G 1—3. m) contingerit A *2. 2. 3. 4. F 1. G 1. 4; congerit *corr.* contingerit G 3. n) petitae B 1. 1a. 2; positae C *1, *corr.* potitae D 1; possite C 1. o) *deest* A 3. p) *deest* A 3. G 2. q) p. regis n. B 1. r) *novum cap. incipiunt* A 1. 2. 5. C. D. E. F. H 1. L; *quod contra indicem factum esse apparet*; A 1 *numeros conturbavit, cap. praecedens* XXXVII, *hoc* XXXVIIII, *sequentia* XXXVIII, XXXX, XXXXI, *iterum* XXXXI, *etc. signans. In* G 1 *alia manus coaeva hic et in fine capitis crucem posuit, cui adscripsit:* De ista cruce in antea usque ad alia require de ille omo qui hunc librum fecit. s) nunic A 2. t) generalitate historiae G 3. 4. u) rextexeret F 1. v) *ita* A 1. F 1. G 1. — paulo *deest* B 1. w) rex G 2. — Pannonia B 1. x) Leuphchis G 5a; Leupichis A *2. F 4. G 1—4; Lupichis E 1; Leypichys B 1; Leupigis B 1a. 2; Leuchis A 6. C. D; Leochis L 1; Liafgis G 5c. y) abvius A 3; avus C *1. 1. 2. D 1—3; abbus *corr.* ababus F 1; abavavus *corr.* abavus G 4. z) *deest* B 1; Langb. F 1. a) *ita* B 1. F 1. G 1. 2; *infra etiam* A 1, *alii*; aliquos G 3. 4; aliquot A 1, *alii. Et similiter postea*; *cf. p.* 165 *n.* k. — post a. A 3. b) Italiam A 2. B 1.

1) *Cf. praef. nostram p.* 1 *sq.*

dens extremum, quinque ex se genitos filios adhuc parvulos reliquit; quos tempestas ista captivitatis, de qua nunc diximus, conprehendens, omnes ex castro Foroiulensi in Avarorum patriam exsoles[a] deduxit. Qui cum per multos annos in eadem regione captivitatis miseriam sustinuissent et iam ad virilem pervenissent aetatem, ceteris quattuor, quorum nomina non retinemus, in captivitatis angustia persistentibus, quintus eorum germanus nomine Lopichis[b], qui noster postea proavus extitit, inspirante sibi[c], ut credimus, misericordiae auctore[d], captivitatis iugum abicere statuit et ad Italiam, quo gentem Langobardorum residere meminerat, tendere atque[e] ad libertatis iura studuit reppedare. Qui cum adgressus[f] fugam adripuisset, faretram tantum et arcum et aliquantulum cibi propter viaticum gerens, nesciretque omnino quo pergeret, ei lupus adveniens comes itineris et ductor effectus[g] est. Qui cum ante eum pergeret et frequenter post se respiceret et cum stante subsisteret atque cum pergente praeiret[h], intellexit, sibi eum divinitus datum esse, ut ei iter, quod nesciebat, ostenderet. Cum[i] per aliquod[k] dies per montium solitudines hoc modo pergerent[l], panis eidem viatori, quem[m] exiguum habuerat, omnino defecit. Qui cum ieiunans iter carperet et iam fame[n] tabefactus defecisset, tetendit arcum suum et eundem lupum, ut eum in cibum sumere possit[o], sagitta interficere[p] voluit. Sed lupus idem[q] ictum ferientis praecavens, sic[r] ab eius visione elapsus est. Ipse autem, recedente eodem lupo, nesciens quo pergeret, insuper famis penuria nimium debilis effectus, cum iam de vita desperaret, sese in terram[s] proiciens, obdormivit; viditque quendam virum in somnis talia[t] sibi verba dicentem: 'Surge! Quid[u] dormis? Arripe viam in hanc[v] *partem contra quam[w] pedes tenes; illac[x] etenim est *p. 132.
Italia, ad quam tendis'. Qui statim surgens, in illam partem[y] quam in somnis audierat pergere coepit; nec mora, ad habitaculum hominum pervenit. Erat enim Sclavorum habitatio

a) *ita* A 1. F 1. G 1. 2; exoles A 2. E 1; exsole A *2. b) *ita* A 1. *2. 2. 3. 4. 6. F 1; Leopchis A *3. 5; Lupichis G 1—4. H 1. I 1, *e corr.* F 1; Lupicis C *1. 1. E 1, *corr.* Lupigis D 1, *et ita ceteri* D; Lupechis L 1; Leupichis B 1; Leupigis B 1a. 2; Leuphis F 2; Leuphchis G 5a; Liafbergis G 5c. c) inspirantes F 1. d) auctorem F 1. G 1. 3. e) adque A 1. G 3. f) iter *post add.* D 1, *et ita alii* D. g) factus C 1. I 1; *deest* C *1. h) periret B 1; pergeret B 1a. 2. F 4. G 3. i) Cum *corr.* Cumque G 5a; Cumque B. C. D. F 1. G. H 1. I 1. k) *ita* A 1. *2. 2. 3. B 1. 2. C. G 2—4. I 3; aliquid F 1; aliquo A *4. aliquot A 5. D. G 1, *alii.* l) pergeret A 1. D 1; pertingerent A *3. m) qui F 1; quia F 4. G 1—5. n) famem tabemfactus G 3. o) posset C 1, *alii*; *deest* G 3. p) interficeret F 1. q) *ita* A 1. 5. D 1 (*quod pro* eundem *positum esse putarim*); isdem A *2. 2. *3. 3. 4. B 1. 2. C *1. 1. F 1. G 1—3. 5a. c. H 1. I 1; hisdem E 1. G 3. — ictu B 1. 2. C *1; ictus F 1. G 1. 3. 4; hictus A 2. E 1. — ferientes A 2. F 1. r) *ita* A 1. F. G. I 1; *deest cett.* s) terra C 1. G 4. t) talia *et* verba *des.* C 1. u) qui A *2. 3. G 3. v) hac parte B 1. C 1. 2. D 2. 3. w) quo C 1; quem G 3. x) illa D 2. *3a. 3. 4. I 1; illic B 1. 1a. 2. C 4b. E 1. G 5a. I 3; illuc G 3. 4. I 2. y) *deest* A 3.

in illis locis. Quem[a] cum una mulier iam vetula vidisset, statim intellexit, eum fugitivum esse et famis penuria laborare[b]. Ducta autem[c] misericordia super eum, abscondit eum in domo sua et secreto paulatim ei victum ministravit[d], ne, si ei usque ad saturitatem alimoniam[e] praeberet, eius vitam funditus extingueret. Denique sic conpetenter ei pastum praebuit[f], quousque ipse recuperatus vires accipere potuisset. Cumque eum iam validum ad iter faciendum vidisset, datis ei[g] cibariis, ad quam[h] partem tendere deberet, admonuit. Qui[i] post aliquod dies Italiam ingressus, ad[k] domum in qua ortus fuerat pervenit; quae ita deserta erat, ut non solum tectum non[l] haberet, sed etiam rubis[m] et sentibus plena esset. Quibus ille succisis intra eosdem parietes[n] vastam hornum[o] repperiens, in ea[p] sua[q] faretra suspendit. Qui postea consanguineorum et amicorum suorum muneribus dotatus[r], et domum reaedificavit et uxorem duxit; sed nihil de rebus quas genitor suus habuerat, exclusus iam ab his qui eas invaserant longa et diuturna possessione, conquirere potuit. Iste, ut iam superius praemisi, extitit meus proavus. Hic etenim genuit avum meum Arichis[s], Arichis[t] vero patrem meum Warnefrit[u], Warnefrit autem ex Theudelinda[v] coniuge genuit me[w] Paulum meumque germanum Arichis, qui nostrum avum cognomine retulit. Haec paucis de[x] propriae genealogiae serie[y] delibatis, nunc generalis historiae revertamur ad tramitem[z].

(40) 38.[a] Mortuo[b], ut diximus, Gisulfo duce[c] Foroiulensi, Taso[d] et Cacco, filii eius, eundem ducatum regendum[e] susceperunt. Hi[f] suo tempore Sclavorum regionem quae Zellia[g. 1] appellatur usque ad locum qui Medaria[h] dicitur[2]

a) Quę A 2. b) laboraret F 1; liberare C *1. c) sunt *erasum* F 1; *deest* F 2. G. d) et potum *add.* C 1. 2. e) alimonium A 2. F 1. f) tribuit A 2. g) eis F 1. G 1. h) qua parte *corr.* quam partem A 1. 2. — adtenderet F 1; adtendere G 1—4; ad quam pertendere E 1. i) Qui — pervenit *post add.* D 1. k) in A 2. l) *deest* F 5. G 1. 3. 4. I 3, *post add.* F 4. G 2. m) iubis A 3; nivis G 1 (*superscr.* rubis). 3. 4; nive G 2. 5c. n) paries A 2. — vasta F 1; astam B 2. o) *ita* A 1. 2. 3. D 1. F 1. G 1—4. I 1; hor . . um A 6; ornum A 5. D 2. 3. 6. F 2. G 5a, *alii*; urnum E 1; hortum D 1a. p) hac C. D; in ea *des.* B 1. q) *ita* A 1. *2. 2. 4. E 1. F 1. G 1—4; suam faretram (barettam C *1) A *3. B. C. D. I 1, *alii.* r) ditatus C (dicatus C 1). D. G; donatis B. s) *deest* C *1. 1. 2. t) Aricius A *3. u) Warnefrid E 1. G 1. 2. 5a. I 1; Warnifredo. Varnifredus B 1; Warnufredum B 1a; Warnefridum D 2; Guarnefrit D 3; W. autem *des.* C *1. 1. 2. v) Teudelenda F 1; Teodel. C 1. G 1, *alii*; Teadel. G 2; Thiadlinda G 5c. w) *deest* G 2. K 1, *qui habet:* Paulum venerabilem monachum Cassinenssem dyaconum ecclesie Romane huiusque scriptorem hystorie. x) *deest* G 1. 3. 4, *post add.* G 2. y) s. d. *des.* C 2; serie — historiae *des.* A 2. z) tramite F 1. G 1. a) *hoc cap. om.* A *4. H 4. b) M. quoque G 3. 4. c) duci F 1. d) Traso B 1; Tasilo C 1 *jam constanter.* e) gerendum F 1. G 1. 2. f) His (Hi 2) vero eodem t. C 1. 2; Eodem vero t. I 1. g) Azellia B 1. F 1. G. I 2; Agellia F *2. 4; Cagellia B 2. F 2. 3. h) Meclaria A 1? 2. 5. B 1. G 1. 3. 4; Mecharia A *3; Melaria A 4; Neclaria A 6.

1) *Cilly.* BE. 2) *Windisch Matrei.*

possiderunt. Unde usque ad[a] tempora Ratchis ducis idem Sclavi[b] pensionem[c] Foroiulanis ducibus persolverunt. Hos duos fratres Gregorius patricius Romanorum in civitate Opitergio[d, 1] dolosa fraude peremit. Nam promittens Tasoni, ut ei barbam, sicut moris est, incideret[e] eumque sibi[f] filium faceret[2], ipse Taso cum Caccone[g] germano suo et electis iuvenibus ad eundem Gregorium nihil mali metuens[h] advenit. Qui mox cum Opitergium[i] cum suis esset ingressus, statim isdem[k] patricius civitatis portas claudi praecepit et armatos *milites super Tasonem eiusque socios misit. Quod *p. 133. Taso cum suis conperiens, audacter se ad proelium praeparavit; ultimumque sibi data pace valedicentes, per singulas civitatis plateas hac illacque[l] dispersi, quoscumque[m] obvios habere poterant trucidantes, cum magnam stragem de Romanis fecissent, ad extremum etiam ipsi perempti sunt. Gregorius[n] vero patricius propter iusiurandum quod dederat caput Tasonis sibi deferri iubens, eius barbam, sicut promiserat, periurus abscidit[3].

39.[o] His ita peremptis[p], dux Foroiulanis[q] Grasulfus[r], (41) Gisulfi germanus, constituitur. Radoald vero et Grimoald despectui ducentes sub patrui sui Grasulfi potestate[s] degere, cum essent iam[t] prope iuvenilem[u] aetatem, ascensa[v] navicula remigantes, ad Beneventi[w] fines[x] perveniunt; et exinde ad Arichis[y] Beneventanorum ducem[z], suum quondam paedagogum, properantes, ab eo gratissime suscepti[a] et filiorum loco[b] sunt habiti. His[c] temporibus mortuo Tassilone duce Baiuariorum[d], filius eius Garibaldus[e] in Agunto[f, 4] a Sclavis devictus est, et Baioariorum termini depraedantur. Resumptis tamen Baioarii viribus et praedas ab hostibus excutiunt et hostes de suis finibus pepulerunt.

a) e tempore Ratichis d. hisdem B 1; Ratigis B 2. b) clavis F 1. c) possessionem A 2. d) Opitergi B 1; Opytergio F 1. e) incedere A 2; incidere F 1. f) *deest* F. G. g) Caccano A 2. h) suspicans B 1. 2. i) pro civit. *superscr. alia manu* G 4. k) hisdem *hoc loco etiam* A 1. l) illaque A 1. B 1. 2. D 2; huc illucque A *3; hac — habere *des.* F. G, *eorumque loco habent*: ut F 2. G 1—4 (ut ut *corr.* ut 4); prout F *2. 4; palantes ut G 5c; palantes prout G 5a; *in* F 1 *post additur*: hac uillaque d. q. o. h. m) que *deest* A 2. — obv. *deest* A 3. n) Greg. — abscidit *des.* C 2. o) *hoc cap. om.* A *4. p) peractis B 1. 2. q) *ita* A 1. 3. D 3; Foroiulani C 2. D 2. I 1; Foroiuliani C 1; Foroiulanus A 2. B 1, *alii.* r) Grassulfus C 1 *const.* s) potestatem F 1. G 1. 2; *deest* B 1 *spatio vacuo relicto*; imperio B 2. t) esset etiam A 2. u) iuvenalem G 3. v) ascensam F 1. w) Beneventu F 1. x) f. usque G 2. y) Rachis C 1. 2. 5. D 2. *3a. I 1 (*superscr.* vel Archis); Radichis C *1. D 1. z) duce A 1. 2; duces E 1. a) s. sunt G 2. b) s. l. h. A *3. c) *novum cap. incipit* E 1. d) *ita* A 1. G 2; *sed mox cum ceteris* Baioar. e) Garialdus G 3. f) G. Magunto A 3. B 1a; in Sagunto A 2.

1) *Oderzo.* 2) *Cf. Grimm R. A. p.* 146, *qui ejus rei hoc unum testimonium habet.* 3) *Rem aliter narrat Fredegarius in chronico c.* 49. *ad annum* 9. *Dagoberti regis, qui* 631, *vel ut ipse fortasse numerat* 630, *respondet.* BI. 4) *Innichen.*

(42) 40.[a] Rex vero Agilulf pacem cum imperatore in[b]
annum unum itemque[c] in alterum faciens, cum Francis
611. quoque iterato pacis concordiam renovavit. Hoc nihilominus
anno Sclavi Histriam, interfectis militibus, lacrimabiliter
612. depraedati sunt. Sequenti[d] quoque mense Martio[e] defunctus
est aput[f] Tridentum Secundus servus Christi, de quo saepe
iam diximus, qui[g] usque ad sua tempora succinctam de
Langobardorum gestis[h] conposuit historiolam. Eo[i] tempore
rex Agilulf cum imperatore iterato pacem conposuit. Occisus
quoque est his diebus Theudepertus rex Francorum, et facta
est pugna gravissima inter eos[1]. Gundualdk[k] etiam, germanus Theudelindae reginae, qui[l] erat dux[m] in civitate
Astensi[2], nemine scientem[n] auctorem mortis ipsius, hoc ipso
in tempore sagitta ictus interiit.

(43) 41.[o] Igitur Agilulf rex[p], qui et Ago est[q] appellatus,
postquam viginti et quinque annos regnaverat, diem clausit
616. extremum, relicto in regno filio suo Adaloald admodum
puerum[r] cum Teudelinda matre. Sub his ecclesiae restauratae[s] sunt et multae dationes[t] per loca venerabilia largitae.
Sed dum[u] Adaloald eversa mente insaniret, postquam cum
matre decem regnaverat annis, de regno eiectus est, et a
626. Langobardis in eius loco Arioald[v] substitutus est. De cuius
*p. 134. regis gestis ad nostram notitiam aliquid *minime pervenit.
Circa haec tempora[3] beatus Columbanus ex Scottorum[w]
602. genere oriundus, postquam in Gallia[x] in loco qui Luxovium[y. 4] dicitur monasterium construxerat, in Italiam veniens,
612. a Langobardorum rege gratanter exceptus est, coenobiumque
quod Bobium[z] appellatur in Alpibus Cottiis[a] aedificavit,
quod quadraginta milibus ab urbe dividitur Ticinensi. Quo[b]

a) *hoc cap. om.* A *4. b) fecit in G 3. 4. c) iterumque F. G. I 2. d) *novum cap. inc.* A 5. e) Magio G 3. 4. f) *deest* A 1. g) quo F 1. G 1. 3. h) gentis A 1. 2. C 1. D 1, *e corr.* E 1; gente I 1; gestos *corr.* gestis G 3. — historiam G 3. 4; historialem C 1. i) Eo quoque B 1; Eodem G 2; Eo — composuit *des.* D (1?). k) Gundoald C 1; Gundoaldus B 1. D 3; Gundoaltus D 2; Gulduald G 3. l) *deest* B 1. m) *deest* D. n) *ita* A 1. 2. C *1. D 1. F 1. G 1. 2; nemo sciente B 1; neminem sentientem E 1. o) *hoc cap. om.* A *4. p) *deest* D 2. F. G. q) *deest* F. G; est dictus C 2. D 2. r) *ita* A 1. 2. 4. C *1. 1. D 1. E 1. F 1. G 1--4; pueri C 2; puero *ceteri.* s) restitutae A 2. t) donationes B 2. G 1. 2. H 1, *e corr.* D 1. u) cum A 3. C. D. — Adaioald A *3. v) Arioalt C 2; Ariald G 5c; Arioal G 1. 2; Arioad G 4; Arioaldus D 3; Arioldus D 2. w) Cottorum A 1. 2. C *1. D 1 (*corr.* Scottorum), *quod in archetypo fuisse verisimile est*; Cotorum E 1; Gottorum A 3; Gotthorum (B 1. G 1) *vel* Gothorum A 5. 6. B. C 1. F (Scottorum *e corr.* F 1). G (*corr.* Scothorum G 3). I 1. x) Galliam F 1. G 3. y) Luxobium A 2. *3 3. C *1. z) Bovium A 2. a) Cotiis C *1. 1; Cotticis D 2; Scotiis F 1; Gotiis G 1, *corr.* Cotiis G 2; Zatiis G 3. 4; *deest* G 5c. b) Quod G 3. 4.

1) *Cf. Fredeg. c.* 38. 2) *Cf. Orig.; de morte ipsius Fred. c.* 49. 3) *Non bene sibi compertam Paulus noster aevi hujus Langobardorum historiam ingenue fatetur, et revera chronologicum ordinem turbavit.* BI. 4) *Luxeuil prope Vesoul.*

in loco et multae possessiones a singulis principibus sive Langobardis largitae sunt, et magna ibi facta est congregatio monachorum.

42.[a] Igitur Arioald postquam super Langobardos (44)
duodecim annis[1] regnum tenuit, ab hac luce subtractus[b] est; Langobardorum[c] regnum Rothari[d] genere Arodus[e] susce- 636.
pit. Fuit autem viribus fortis et iustitiae tramitem sequens, sed tamen fidei christianae non rectam lineam tenens, Arrianae hereseos perfidia maculatus est. Siquidem Arriani minorem Patri[f] Filium, Spiritum quoque sanctum minorem Patri[f] et Filio ad suam perniciem dicunt; nos autem catholici Patrem et Filium et Spiritum sanctum in tribus personis unum et verum Deum aequali potentia eademque gloria confitemur. Huius temporibus pene per[g] omnes civitates regni[h] eius duo episcopi erant, unus catholicus et[i] alter Arrianus. In civitate quoque Ticinensi usque nunc ostenditur, ubi Arrianus episcopus aput[k] basilica[l] sancti Eusebii residens baptisterium habuit, cum tamen ecclesiae catholicae alius episcopus resideret. Qui tamen Arrianus episcopus[m], qui in eadem civitate[n] fuit, Anastasius nomine, ad fidem catholicam conversus[o], Christi postea ecclesiam[p] rexit. Hic Rothari[q] rex Langobardorum leges, quas[r] sola memoria[s] et usu retinebant[t], scriptorum serie conposuit codicemque[u] 643. Nov.
ipsum edictum appellari praecepit. Erat autem iam ex quo Langobardi in Italiam venerant annus septuagesimus septimus[2], sicut idem rex in sui edicti testatus est prologo. Ad[v] hunc regem Arichis dux Beneventi filium suum Aionem (45)
direxit. Qui cum Ravennam[w] venisset, Ticinum pergens, ibi ei[x] Romanorum malitia talis potio data est, quae eum mente excedere faceret; atque ex eo tempore numquam pleni sanique sensus[y] fuit.

43.[z] Igitur cum dux Arichis, huius de quo diximus pater, iam maturus annis ad diem ultimum propinquasset, sciens filium suum Aionem non recti esse sensus, Radoaldum

a) *hoc cap. om.* A *4. b) substractus A 2. F 1. c) Lang. — suscepit *des.* D 2. d) Rottari G 3; Rotharit D 3 *semper*; *cf. supra p.* 144 *n.* h. e) Rodus G 5c. I 3; Arochis A *3. f) patre A 5. B 1a. C 5. D 2. 3. F *2. G 5a; Filium — Patri *des.* A 2. g) *deest* F 1. h) regioni A 2. i) a. autem B 1. k) aput — episcopus *des.* F 1 (*post suppl.*). l) *ita* A 1 (bassilica). 2. D 1. m) *deest* G. n) *deest* F. G; civitatem A 2. o) c. est B 1. p) ecclesia F 1. q) Recharius D 2. r) qua sola A 1. B 1. F 1. G 1. s) m. eius r. C *1. 1. 2; m. eius et usu r. I 1. t) retinebat A 1. F. G, *et e corr.* D 1. u) codiceque G 1. v) *novum cap. inc.* A 3. D 1. *3a. F; prologo suum. XLII. Ad huc regem Ar. Ben. Aionem d., *post add.* dux filium suum F 1; Suum quoque filium ad h. r. A. B. d.; A. d. F 4. G; Arigis G 1. w) Ravenna F 1. x) *deest* F 5; ei a D 1. F. G. I 1. 2. y) sensu A 1; pleno sensu fuit C. D. z) *hoc cap. om.* A *4.

1) *Ita Paulus cum genuino Originis textu.* 2) anno septuagesimo sexto *Edicti codices. LL, IV, p.* 1.

et Grimoaldum, iam florem iuventutis habentes, quasi proprios filios Langobardis qui aderant commendavit eisque dixit, quod melius eos regere isti quam Aio suus filius possit[a].

(46) c. 641. 44.[b] Defuncto ergo[c] Arechis[d], qui ducatum quinqua-
*p. 135. ginta[e] tenuerat annis, Aio[f], *eius filius, Samnitum[1] ductor effectus est; cui tamen Radoald et Grimoald sicut seniori fratri et domino per omnia paruerunt. Qui[g] Aio cum iam[h] annum[i] et mensibus quinque Beneventanorum[k] ducatum regeret, venientes Sclavi cum multitudine[l] navium, non[m]
c. 642. longe a civitate Seponto[n] castra posuerunt[o]. Qui occultas foveas circa sua[p] castra facientes, cum Aio super eos, absentibus Raduald et[q] Grimoald, venisset eosque debellare vellet, equus eius in unam de eisdem[r] foveis cecidit, atque inruentibus super eum[s] Sclavis, simul cum aliquantis aliis extinctus est. Quod cum Raduald[t] nuntiatum fuisset, cito veniens, eisdem Sclavis propria illorum lingua[u] locutus est[2]. Cumque eos[v] propter hoc segniores[w] ad bellum reddidisset[x], mox super eos[y] inruens magnaque eos strage prosternens, et Aionis mortem ultus est et de illis finibus eos qui remanserant hostes fugam petere coegit.

(47) 45. Igitur Rothari[z] rex Romanorum civitates ab urbe[a] Tusciae Lunensi[b] universas quae in litore maris sitae sunt usque ad Francorum fines cepit. Opitergium quoque, civitatem inter Tarvisium[c] et Foroiuli[d] positam, pari modo expugnavit et diruit. Cum Ravennantibus[e] Romanis bellum gessit ad fluvium Aemeliae[f] quod[g] Scultenna dicitur[3]. In

a) posit B 1; posuit A *4; posset C 4b. D 2. I 1. 2. G 5a *e corr.*; possent *e corr.* D 1, *et ita plerique* D; possint F 5. b) *hoc cap. om.* A *4; *nulla capitis distinctio* D 2. 3. c) igitur A 3; autem D 2. 3. d) *ita hoc loco* A 1. 2. 4. E 1; Arhis D 1; Archis *corr.* Arichis C 1; Arigis G 3; Arichis *ceteri.* e) quinque C. D 1 (*corr.* quinquaginta); quadraginta F 1a. G 3. 4. f) A. autem G 1—4. g) *novum cap. inc.* D 2. 3. h) *deest* C. D; item G 2. i) anno A *3. 3. G 5a. c. H 1; unum *add.* B 1a. k) Beneventinum F 1; Beneventanum A 2. 3. C 1. D 2. 3. G 5c, *alii.* l) multitudinem G 3. m) *deest* C. G 3, *post add.* D 1; ne *corr.* non G 1. n) Sepontum B 1; Sipanto *corr.* Siponto G 2; Siponto D 2. o) posuerunt — castra *des.* F 1. p) *deest* A 3. q) et G. *des.* G 2. r) de isdem F 1; de hisdem C *1. s) *deest* A 3. t) *ita* A 1. 3 *hoc loco et postea.* u) linguam F 1. v) *deest* C. D. w) seniores *corr.* seriores F 1. x) redisset D 1. F 1. G 1. 2. 4 (*corr.* vidisset F 1. G 1, *corr.* reddidisset D 1. G 2. 3); reddissent C 1; redissent C 2. y) e. i. m. *des.* G 1. 2. z) *deest* B 1. a) urbs A 1. 3; urbes A 2; urbis A *4. b) Lunensis universi A 2; Ninensi A 3. — u. q. *des.* D 3. c) Tarbisium A 2; Tarvissium C 1. d) Foroiulani A 1. C *1. I 1; Foroiuliani C 1, *corr.* Foroiuli D 1; Foroiulii B 1. C 2, *alii*; Foroiulium D 3. e) *ita* A 1. E 1. G 2; Ravennatibus F 1. G 1, *alii, ut supra.* — et Rom. B. C. G 5c. H 1. I 1. 2. f) *ita* A 1; Emiliae *alii.* g) qui B 1a. D 3. F *2. G 5a. c; quam D *3a. — Scultema C 4b; Scultentus *corr.* Scultenta G 1, *et ita* G 5a. c; Sculptenta G 4; Stultenta G 2; Cultenna B.

1) *i. e. Beneventanorum.* 2) *Vicini etenim Sclavis olim in Forojuliensi ducatu, unde Beneventum venerant Radoaldus et Grimoaldus, ipsorum linguam ab ipsa puerili aetate didicisse potuerant.* BI. 3) *Tanaro inter Mutinam et Bononiam.* BE.

quo bello a[a] parte Romanorum, reliquis[b] terga dantibus,
octo[c] milia ceciderunt[1]. Eo tempore[2] magnus Romae terrae
motus factus est, magnaque tunc[d] fuit inundatio aquarum.
Post haec fuit clades scabearum[e], ita ut nullus potuisset
mortuum suum agnoscere propter nimium inflationis tumorem.

46.[f] Aput Beneventum vero mortuo Raduald duce[g. 3], (47)
qui ducatum quinque rexerat annis, Grimuald, eius germanus, c. 647.
dux effectus est gubernavitque ducatum Samnitium annis
quinque et viginti. Hic de captiva puella, sed tamen
nobili[h], cuius nomen Ita[i] fuit, Romualdum filium et duas
filias genuit. Qui dum[k] esset vir bellicosissimus et ubique
insignis, venientibus eo tempore Grecis[l], ut oraculum sancti
archangeli[m] in monte Gargano situm depraedarent, Grimuald
super eos cum exercitu veniens, ultima[n] eos caede pro-
stravit[o].

*47. At vero[p] rex Rothari postquam annos sedecim[q] *p. 136.
et menses quattuor regnum tenuerat, vita decedens, Lan- (48) 652.
gobardorum regnum Rodoald[r] suo filio reliquit. Hic cum
iuxta basilicam beati Iohannis baptistae[4] fuisset humatus,
post[s] aliquantum tempus quidam, iniqua[t] cupiditate succensus,
eius sepulchrum noctu aperuit et quicquid in ornamentis
eius corporis repperit abstulit. Cui beatus Iohannes per visi-
onem apparens, eum vehementer exterruit eique dixit: 'Cur
ausus es corpus istius hominis contingere? Fuerit[u] licet
non recte credens, tamen mihi se commendavit. Quia
igitur hoc facere praesumpsisti, numquam in meam basilicam
deinceps ingressum habebis'. Quod ita quoque[v] factum
est. Quotiescumque enim voluisset beati Iohannis oraculum
ingredi, statim velut a validissimo pugili[w] guttur eius feri-
retur, sic subito retro ruebat inpulsus. Veritatem in Christo
loquor; hoc[x] mihi ipse retulit qui hoc ipsum suis oculis factum

a) ad G 3. b) *deest* D (1?). G 5c. c) novem D 2. d) *deest* D 2. 3. e) scabiarum F 2. G 5c; scaberum A 2; scabierum C 4b. F 2a. H 5. I 1; scabi eorum C 1. f) *hoc caput praecedenti adjungunt* C. D *3a. 6. I 1. L 1. *edd.* g) ducem A 2. F 1; mortuum R. ducem G 1. h) nobilissima B 1. i) Itta A 4. 5. C 2. D (1 *e corr.*). E 1. F 1. 4. G 4. L 1; It B 1. 2; Ida G 5a. c; Tita H 1. k) cum A 1? C. D. I 1. l) Saracenis F 2. 2a. m) *vocabulum erasum* F 1. n) ultimam F 1. o) prosternit C 1. p) *deest* A 3. q) decem C 4b; sedicem F 1; quindecim *ed. Peut.* r) Hrowaldo G 5c, *ubi infra* Ruodwalt *et* Hrowalt. s) postquam A 2. t) *deest* A 3; q. iniquitate s. F 1. u) *deest* B 1. v) *deest* G 3. 5c. w) pugillo B 1. 2. x) quod hoc B 1.

1) *Haec ex Orig., paucis verbis additis, sumsit Paulus.* 2) *Perperam haec Paulus ad Rotharis tempora protrahit, cum ad superiora sint referenda.* BI.; magnus — factus est. Post haec — agnoscere *ex G. pont. Deusdedit.* 3) *Hujus ducis mentionem faciunt Acta SS. Renati et Valerii, Ughelli VI, p.* 100. 4) *In Modoetia; ni forte Ticinensis est, de qua cf. cap. seq.* BE.

(49) vidit. Rodoald[a] igitur post funus patris Langobardorum regnum suscipiens, Gundipergam Agilulfi et Theudelindae sibi[b] filiam in matrimonium sociavit[1]. Haec Gundiperga regina ad instar suae genetricis, sicut illa in Modicia, sic et ista intra Ticinensem civitatem basilicam in honorem[c] beati Iohannis baptistae construxit, quam mire ex auro et argento peplisque decoravit rebusque singulis opime[d] ditavit; in qua et[e] eius corpus tumulatum quiescit. Haec dum de crimine adulterii aput virum accusata fuisset, proprius eius servus Carellus nomine a rege expetiit, ut cum eo qui reginae crimen[f] ingesserat[g] pro castitate suae dominae monomachia[h] dimicaret. Qui dum cum[i] criminatore illo singulare certamen inisset, eum cuncto populo adstante superavit. Regina vero post[k] hoc factum ad dignitatem pristinam rediit.

48.[l] Rodoald[m] quoque, ut fertur, dum uxorem[n] cuiusdam Langobardi stuprasset[o], ab eodem interfectus est, postquam septem diebus et quinque regnaverat annis. Huic
653. successit in regni regimine Aripert, filius Gundoaldi, qui fuerat germanus Theudelindae reginae. Hic condidit aput Ticinum oraculum domini[p] Salvatoris, quod extra portam occidentalem, quae dicitur Marenca[q], situm est; quod et[r] ornamentis variis decoravit et[s] substantiis sufficienter ditavit[2].

(51) 641. 49. His diebus defuncto Eraclio augusto aput Con-
*p. 136 stantinopolim, Heraclones[t], eius *filius, cum matre Martina regni iura suscepit rexitque imperium duobus annis[3]. Quo

a) *hic novum cap. incipiunt omnes codd. praeter* A 3. 6, *et edd. Asc. et Peut., sed obloquitur index. In* A 1 *hoc loco ponitur* XXXXVII, *sed sequens cap. numeratur* XXXXIX, *post quod bis* L *scribitur.* — Rod. — sociavit *des.* B; Rod. — rediit *om. A* *4. b) *deest* A 2. G 1. 2. c) honore C. F 1. G 1–3. d) *ita* A 1. *3. 3. 4. 5. 6. C 1. 2. D 1 (*corr.* optime). E 1. F 1; optime A 2? G. I 1. e) *deest* G 1. 2. f) crimine G 3. 4. g) ingress. A 1; ingressaret F 1. h) monachia G *2 (*cujus fragmentum quod exstat hic incipit*). 2. i) *deest* F 1. k) pro F 1. l) *hoc caput praecedenti adjungunt* F 4. G. L 1. m) Hodoaldus B 1. n) uxore F 1? G 1. o) strupasset G 1. *2. 2. 3; struprasset G 4. p) *deest* G 1. 2. q) Mareca B 1; Marene G 5c. r) *deest* C. D. G 4. s) *deest* F. G, *post suppl.* G 1—3; ac *post add.* F 1. t) Heracleones B 1a. 2; Heracleone A 4; Heracleon F 5. G 5c; Heracloni C *1. 1, *corr.* Heraclonas D 1, *et ita* A *2; Heracleonas D 3. 4. L 1; Heradon C 4b; Eracleonas D *3a; Eraclonas D 2; Eraclones G 2. 5a. I 1; Eracliones E 1.

1) *Gundebergam non Rodoaldo, sed Arioaldo uxorem fuisse, testis est Jonas in vita S. Bertulfi, cui maxime deferendum, utpote illius aevi scriptori. Accedit etiam Fredegarius in suo chronico, qui non tantum Arioaldo regi uxorem fuisse scribit, sed et illius successori Rothari, vel ut ipse vocat Chrothario, cum quo non absimilem saevitiam passa fuerat quam cum priore marito ex Adaulfi calumnia.* BI. *Certe per temporum rationem haec quam Paulus hic narrat historiola temporibus Arioaldi magis convenit quam Rodoaldi, cujus tempore Gundiperga quinquaginta amplius annos habebat.* BE. 2) *Erravit Paulus, eo quod fontem suum exscribens pro* mensibus *posuit* annis. *Rodoald sex tantummodo menses regnavit. Cf. Lupi, Cod. dipl. Berg. I, p.* 293. BE. 3) *Haec et sequentia ex Beda, qui imperatorum successionem turbavit.*

vita decedente, successit in loco eius Constantinus[a], germanus eiusdem, alius[b] filius Heraclii[c], imperavitque[d] mensibus sex. Hoc etiam mortuo, Constantinus[e], eiusdem filius, ad regni dignitatem ascendit[f] tenuitque regnum annis octo et[g] viginti.

50. Circa haec tempora regis Persarum coniux nomine (52) Cesara de Perside[h] exiens, cum paucis suis fidelibus privato[i] habitu propter christianae[k] fidei amorem Constantinopolim venit. Quae ab imperatore[l] honorifice suscepta, post aliquod[m] dies, ut desiderabat, baptismum consecuta et ab augusta[n] de sacro fonte levata est. Quod[o] vir eius Persarum rex audiens, legatos Constantinopolim ad augustum direxit, quatenus eidem suam uxorem redderet. Qui[p] ad imperatorem venientes[q], verba regis Persarum nuntiant, qui suam requirebat[r] reginam. Imperator haec audiens remque omnino ignorans, eis[s] responsum reddidit dicens: 'De regina, quam quaeritis, fatemur nos nihil scire[t], praeter quod ad nos hic aliqua mulier privato habitu advenit'. Legati vero responderunt dicentes: 'Si placet vestro conspectui, velimus[u] hanc quam dicitis mulierem[v] videre'. Quae cum iussu[w] imperatoris advenisset, mox[x] eam legati conspiciunt, ad eius vestigia provulvuntur[y] eique venerabiliter, quia[z] eam suus vir requireret[a], suggerunt. Quibus illa respondit: 'Ite, renuntiate regi vestro et domino, quia, nisi, sicut ego iam credidi, ita et ipse in Christum crediderit, me iam ultra consortem thori habere[b] non poterit'. Quid multa? Reversi legati ad patriam, universa quae audierant suo[c] regi renuntiant. Qui nihil moratus, cum sexaginta[d] milibus viris Constantinopolim pacifice ad imperatorem venit, a quo gratanter et satis digne susceptus est. Qui cum universis Christum dominum credens, pariter cum[e] omnibus sacri baptismatis unda perfusus et ab augusto de fonte levatus, catholica fide confirmatus est; multisque muneribus ab augusto honoratus, accepta sua coniuge, laetus et gaudens ad suam[f] patriam repeda-

a) si A 2. E 1. F 4. G 3; sia A *2; si aperte sue o. B 2; sicpte o. C 1; per tempus I 1. b) Vulgarorum G 1. 2; Vulganorum G *3; Vulnorum G 4. c) qui F 1. G 1—4. d) alto F 1. e) plurimis F 4. G. H 1. I 2. f) *ita* A 2. *2. B 2. D 2, *quod proxime ad Bedam accedit, qui habet*: mersi sive confractis n. sunt necati; mersi — contrititis A 4; mersisibi A 1; mersisibi contriti n. F 1; mersis ibi contritisque F 4. G (constrictisque G 4); mersis sive contritis *plerique* D. I 1; versis sive contritis C 1. 2. 4b. D 1; versis sibi contritis E 1. g) *deest* A 1. F 1. h) *post add.* G 1. i) vero C. D. k) Augusti F 1; Agustini G 1. — sancti *deest* A 3. l) translatam F 1. — et *deest* F. G. I 2. m) eam A 2. G 1. 2. *3. n) tanta A 1. *2. 2. F 1; tanti patris A *3. 3. 4. B 2. C 1. 2. D 2. H 1; tanti patre E 1. o) His — est *des.* A *2. B 4. p) Naria A 1. 2. B 1. C 1. 2. F 5, *corr.* Narnia D 1. F 1; Narnias E 1; Narua H 1; Narina F 4. G (*corr.* Papia G 4). I 2; Marina G 5c. q) Eo quoque C 1. 2. B 4. I 1; Eo A *2. B 2. D (hoc D 2). E. F. G (Eo tempotempore G 1); Eodem A 2. G 5. H 1. r) Ravenna G 1. 2. s) Ravenram F 1. G 1. 2. t) defensionem F 1. u) *ita hoc loco* A 1. G 1; Spolatinis F 1. G 2; Spolentis G 4; Spolitanis *vel* Spoletanis *alii.* v) pona F 1; ponam G 1; pomam G 2; positis G 5c; *erasum* G 4. w) Hoc F 1. G 1. 2. x) pontifice F 1. y) usis A 1 (*alia manu corr.* iussis). *2. 2. B 2. D 1. F 1. G; usi D 2; iusis G 1. F 2. G *3 *e corr.*; ausis D 3. z) constitueret F 1; constitueretur G 1. 2. *3. — sunt *deest* F. G (*post suppl.* G 1). a) *novum inc. cap.* F 1. b) Foron. I 1. c) Montemvellium A 2. *3; Montembellum A 3. d) et P. *des.* G 5c.

1) *Ex G. pont. Greg. II.* 2) *Ex Beda.* 3) *Haec quoque omnia ex G. pont. excerpsit Paulus, nonnumquam verba mutans.*

ceta, Bononiam[a] et Pentapolim Auximumque[b] *invasit. Pari[c] *p. 182. quoque modo tunc et Sutrium[d] pervasit. Sed post aliquod[e] dies iterum Romanis redditum[f] est. Per[g] idem tempus Leo augustus ad peiora progressus est, ita ut conpelleret omnes Constantinopolim habitantes tam vi quam blandimentis, ut deponerent ubicumque haberentur imagines tam Salvatoris quamque eius sanctae genetricis vel omnium sanctorum, easque in medium[h] civitatis incendio concremari[i] fecit. Et quia plerique ex populo tale scelus fieri praepediebant, aliquanti ex eis capite truncati, alii parte corporis multati sunt. Cuius[k] errori Germanus patriarcha non consentiens, a propria sede depulsus est, et eius in loco Anastasius[l] presbiter ordinatus est.

50.[m] Romoald[n] denique dux Beneventi uxorem[o] sortitus est Gumperga[p] nomine, quae fuit filia Auronae[q], Liutprandi regis[r] sororis. De qua filium genuit, quem nomine sui patris Gisulfum appellavit. Habuit rursum post hanc et aliam coniugem nomine Ranigundam[s], filiam Gaidualdi[t] Brexiani[u] ducis.

51.[v] Gravis sane per idem tempus inter Pemmonem[w] ducem et Calistum patriarcham[x] discordiae rixa[y] surrexit. Causa autem huius discordiae ista fuit. Adveniens[z] anteriore tempore Fidentius episcopus de castro Iuliensi[a. 1], cum voluntate superiorum ducum intra Foroiulani castri muros habitavit ibique sui[b] episcopatus sedem statuit. Quo[c] vita decidente[d], Amator in eius loco episcopus[e] ordinatus est. Usque ad eundem enim diem superiores patriarchae, quia in Aquileia[f] propter Romanorum incursionem habitare minime poterant, sedem non in[g] Foroiuli, sed in Cormones[h] habebant. Quod Calisto, qui erat nobilitate conspicuus, satis[i] displicuit, ut in eius[k] diocesi cum duce et Langobardis episcopus habitaret et ipse tantum vulgo sociatus vitam duceret.

a) Boniam G 1. 2. b) Auximuque F 1; Auxsimumque G 1. c) Pari — pervasit *des.* G. d) futurum A 2; Sutriam F 1. e) aliquos F 4. G. f) reditum F 1. G 1; editum G 2. g) *novum inc. cap.* F 1. h) medio A *2. 3. 4. B 2. C 1. D 3. G 5a. I 2. i) concremare C 1. D 2. *3a. F 1. k) Cui G 1. — erroris F 1. l) *deest* G 5c. m) *hoc cap. om.* A *4. n) Rumuald G 1; Rumwald G 2; Rodoaldus H 1; Romoaldenique F 1. o) uxore G 1. 2. p) *ita* A 1. F 1. G 1. 2; Gumpergam A 2. *3. 3; Gunpergam G 4; Gunbergam C 1. D 2. 3. q) Aurumne A *3. r) regi soror C 1; sororis *deest* A 2. s) Ragundam D 2; Ramg. D 3; Ragimunda F 1. — filia F 1. G 1. 2. t) Gaidoaldi C. D. I 1. u) Brexani D 1. G 1. I 1; Bexani G 2; Brexini *corr.* Brexiani A 3. v) *hoc cap. om.* A *4. w) Pemonem F 1. G 1. 4; Poemonem G 2. x) patriarcha F 1. y) *deest* A 2. z) Audiens F 1; Adiens F 2; Audiens quod G 1—3; Audivit quod G 5c. a) Iuliensis (?) F 1; Iul. *corr.* Foroiul. A *3. b) sedem s. e. (episcopus G 1. 2) sedem F 1. G 1. 2. c) Quod G 1. 2. d) *ita* A 2—4. B 2. E 1. F 1. 4. G 1; dicente G 2; dente C 1; decedente *ceteri*. e) *deest* A *3. 3. f) Aquilei G 1. 2. g) *deest* G 4. — Foroiulis G 1. 2. h) Comones F 1; Cermones G 5c. i) s. d. *des.* A 3. k) eus F 1; ea F 4. G 1—3.

1) *Julia Carnica, nunc destructa.* BE.

Quid[a] plura? Contra eundem Amatorem episcopum egit eumque de Foroiuli expulit atque in illius domo[b] sibi habitationem statuit. Hac[c] de causa Pemmo[d] dux contra eundem patriarcham cum multis nobilibus Langobardis consilium iniit adprehensumque eum ad castellum Potium[e], quod supra mare situm est, duxit indeque eum in mare praecipitare voluit, sed tamen Deo inhibente[f] minime fecit; intra carcerem tamen eum retentum pane tribulationis sustentavit. Quod rex Liutprand audiens, in magnam[g] iram exarsit, ducatumque Pemmoni auferens, Ratchis[h], eius filium, in eius loco ordinavit. Tunc Pemmo cum suis[i] disposuit, ut in Sclavorum patriam fugeret[k]; sed Ratchis[l], eius filius, a rege supplicavit[m] patremque in regis gratiam reduxit. Accepta itaque
*p. 183. Pemmo fiducia, *quod nihil mali pateretur, ad regem[n] cum omnibus Langobardis, quibus[o] consilium habuerat, perrexit. Tunc rex in[p] iudicio residens, Pemmonem et eius duos filios Ratchait[q] et Aistulfum[r] Ratchis concedens, eos post suam sedem[s] consistere praecepit. Rex vero elevata voce omnes illos qui Pemmoni adhaeserant nominative conprehendere iussit. Tunc Aistulfum[t] dolorem non ferens, evaginato pene[u] gladio rege[v] percutere voluit, nisi eum Ratchis, suus germanus, cohibuisset. Hoc modo his Langobardis conprehensis, Herfemar[w], qui unus ex[x] eis fuerat, evaginato gladio, multis se insequentibus, ipse se[y] viriliter defensans[z], in basilica[a] beati Michahelis confugit[b], ac deinde regis indulgentia[c] solus inpunitatem promeruit, ceteris longo tempore in vinculis excruciatis.

c. 738. 52.[d] Ratchis denique aput Foroiuli dux, ut dixeramus, effectus, in Carniolam[e] Sclavorum patriam cum suis ingressus, magnam[f] multitudinem Sclavorum interficiens, eorum omnia devastavit. Ubi cum Sclavi[g] super eum subito inruissent, et ipse adhuc lanceam suam ab armigero non abstulisset,

a) Qui F 1. b) domus ibi abitacione F 1. c) H(a)ec F 1. G 1—3. d) Pomo G 2. e) *ita vel* Pocium A 1. F. G 1. 2; Pucium *vel* Putium A *3. 3. 4. G 4; Nocium B 2. 4; Pontium *vel* Poncium C. D E. — apprehensum eundem Calixtum Pontium situm duxit quod s. m. est indeque E 1. f) ad..ente A 1; annuente E 1; inhibentem G 1. 2; inbibente C 1. g) magna ira G. h) Rathis C 1 (*sed postea* Ratchis *et* Rachis). i) *deest* G 1. 2. k) refugeret A 1; fugiret G 1. 2. l) Rachis F 1, *et ita postea.* m) supplicando obtinuit patri veniam eumque *ed. pr. Lind. cett.* n) rege F 1; a rege A *3. o) cum quibus C. D. H 1. I 1. 2, *e corr.* G 1. p) ad F 1. q) Ratchit A 2; Ratthait A 3; Rathait I 1. r) Ahistulfum A 3. s) sede G 1; mortem G 2. t) *ita* A 1. 2. F 1. G 2; Adistulfum G 1; Ahistulf A 3; Aistulfus *cett.* — dolore F 1. G 1. 2. u) *deest* C 1. v) *ita* A 2. F 1; regem *cett.* w) Hersemar C. D. I 1; Hermefar G 5c. x) et effuerat F 1. y) *deest* G 1—3. z) defensas F 1. G 1—3. a) *ita* A 1. 2. B 2. E 1. F 1. 4. G 1. 2; basilicam *ceteri.* b) confuit F 1. c) indulgentiam A *3. d) *hoc et sequens cap. om.* C 4, *in fine sexti libri ponunt* C 1—3. D 1 I 1, *quod in* D 1 *ita in margine notatum est:* Parva quae hic desunt in fine huius libri require, post finem scilicet sexti libri, et sic demum ad superiora recurre; C 3*:* Hic 2 cap. desunt quae in calce libri conscripta sunt. e) Carnoilam D 2. 3. f) magna multitudine F 1. G 1. g) Sclavis A 1. F 1.

eum qui primus ei occurrit clava[a], quam manu gestabat, percutiens, eius vitam[b] extincxit.

53. Circa haec tempora Carolus princeps Francorum Pipinum[c] suum filium ad Liutprandum direxit, ut eius iuxta morem capillum susciperet[d]. Qui eius caesariem incidens, ei pater effectus est multisque eum[e] ditatum regiis[f] muneribus genitori remisit.

54. Per idem tempus Sarracenorum exercitus rursum
in Galliam introiens, multam[g] devastationem fecit. Contra
quos Carolus non longe a Narbone[h] bellum committens, eos 737.
sicut et prius maxima caede prostravit[1]. Iterato Sarraceni
Gallorum fines ingressi, usque ad Provinciam venerunt[i], et
capta Arelate, omnia circumquaque demoliti sunt[2]. Tunc Carolus legatos cum muneribus ad Liutprandum regem mittens,
ab eo contra Sarracenos auxilium poposcit; qui[k] nihil moratus cum omni Langobardorum exercitu[l] in eius adiutorium
properavit. Quo conperto gens Sarracenorum mox ab illis[m]
regionibus aufugit; Liutprandus[n] vero cum omni suo exercitu ad Italiam rediit. Multa idem regnator contra Romanos
bella gessit, in quibus semper victor extitit, praeter[o] quod semel in Arimino eo absente eius exercitus caesus est, et alia
vice, cum aput vicum Pilleum, rege[p] in Pentapoli[q] demorante, magna multitudo horum[r] qui regi munuscula vel
exenia vel singularum ecclesiarum benedictiones[s] deferebant,
a Romanis inruentibus caesa vel capta est. Rursus cum
Ravennam[t] Hildeprandus[u], regis nepus[v], et Peredeo[w] *Vicentinus[x] dux optinerent, inruentibus subito Veneticis, Hilde- *p. 184.
prandus ab eis captus est, Peredeo[y] viriliter pugnans occubuit.
Insequenti[3] quoque tempore Romani, elatione solita turgidi,
congregati universaliter, habentes in capite Agathonem Perusinorum[z] ducem, venerunt ut[a] Bononiam conprehenderent,

a) clavam D 1; eleva qua F 1. b) vita F 1. G 1. 2. c) Pippinum F 1. G 1, *alii.* d) D 1 *in marg.* succideret, *et ita alii* D. B 4. H 1; incideret G 5a. c, *e corr.* F 1. e) *deest* A 3. f) regis F 1. *G. Neap.* g) multa F 1. G 1. 2. — devastatione F 1? G 1. 2. h) Narbona D 3. G 1. 2; l. in arbona G 4. i) *sequentia* — vitam servantes. Qui G. dum adhuc propter (*c.* 55) *des.* B 2. k) qui — properavit *des.* D. B 4. l) exercitum F 1. m) m. amabilis A 1. n) Liutprandum F 1; Liutprand G 1. o) propter F 1. G 1—3. p) regem F 1; regem — demorantem G 1. 2. q) Pentapolim D 2. E. F. G. H 1. r) orum F 1; eorum G. I 1. 2. s) benedictionem A 3c. F. G; dona C. D. B 4. t) Ravenna A 3. F 1. G 1—3. u) Childeprandus A 2; Hildebrandus C 1. D 2. G 2. I 1, *alii.* v) *ita* A 1—3. F 1. G 1. 2. w) Predeo F 1. G 1—3. x) Vicentius A 3; Vincentinus A 2. D 2. 3; Vincius G 5c. y) *desinit* C 3. z) Peros. G 4; Perusionum G 1. 2. a) ad, *eraso* conpr. G 2.

1) *Cf. Fred. cont. c.* 109; *Chron. Moiss. p.* 292. 2) *Franci rerum scriptores hac de re nihil tradiderunt, quare dubium videtur, an revera de nova Sarracenorum incursione cogitandum sit, quippe qui a.* 737 *provinciam Arelatensem occupassent.* 3) *Praecedenti potius, ut ex mentione Peredei patet.* BE.

ubi tunc Walcari[a], Peredeo et Rotcari[b] morabantur in castris. Qui super Romanos inruentes, multam[c] de eis stragem fecerunt reliquosque fugam petere conpulerunt.

55. His diebus Transamundus[d] contra regem rebellavit. Super quem rex cum exercitu[e] veniens, ipse Transamundus
738/39. Romam fuga[f] petiit[1]. In cuius loco Hildericus[g] ordinatus est. Mortuo autem Romualdo iuniore Beneventanorum duce, qui viginti et sex ducatum tenuerat annis, Gisulfus, eius[h]
c. 731. filius adhuc parvolus, remansit. Contra quem aliqui insurgentes, eum moliti sunt extinguere; sed Beneventanorum populus, qui suis ductoribus semper fidelis extitit, eos perimerunt, sui ducis vitam[i] servantes[2]. Qui Gisulfus dum[k] adhuc propter[l] aetatem puerilem idoneus ad tantum[m] populum regendum[n] non esset, Liutprand rex Beneventum tunc veniens, eum exinde abstulit et aput Beneventum suum nepo-
732. tem Gregorium ducem ordinavit, cui[o] in matrimonio uxor sociata Giselperga[p] nomine fuit. Ita rex Liutprand rebus conpositis ad suum solium remeavit; Gisulfumque suum nepotem paterna pietate erudiens, ei Scaunipergam[q] nobili ortam progenie in matrimonium[r] iunxit. Ipse rex eo tempore in langorem[s] decidens, morti adproximavit[t]. Quem Langobardi vita[u] excedere existimantes, eius nepotem Hildeprandum[v] foras muros civitatis ad basilicam[w] sanctae Dei
735. genetricis, quae ad Perticas dicitur[x], regem levaverunt[3]. Cui dum contum, sicut moris est, traderent, in eius conti summitate cuculus[y] avis volitando veniens insedit. Tunc aliquibus prudentibus hoc portentu[z] visum est significari, eius principatum inutilem[a] fore. Rex autem Liutprand cum

a) Walchari F 1. G; Waltari A 4. D 1. B 4. H 1; Waltarius D 2; Vulgari E 1. b) Rothcari A 3; Rotchari G 1. 2; Rotthari E 1. F 1; Rotharit A 4; Truotcari C 1. D 1. B 4. I 1; Truocari D *3a. 3. 4. 10; Truoccari C 2; Troutcarius D 2. c) multa — strage F 1. G 1. 2. d) Trasam. F 1. e) exercitum F 1. f) fugiens A *3. 3; fugire *e corr.* F 1; Tr. fugam G 1. 2. 5c. g) Childer. A 2. h) *deest* A 2. i) vita F 1. k) cum C. D. I 1. — adhuc *deest* C. D. E. B 4. H 1. I 1. l) per G 2. m) tantam A 1. 2. F 1. G 1. 2. n) gerendum A 2. F 1. G 1. 2; *deest* A *3. o) cum F 1. — in *deest* A 2. G 1. 2. p) Giselb. G 2. I 1; Gisemb. D 2; Giseb. C 1. D 3; Gisenperga F 1; Giselperba A *3; Giselbirta G 5c. q) eis cuniperga F 1; Scanipergam F 4; Scaviniiperga G 2; Scavinibergam G 5a. c; Avinipergam A *3; Caunipergam E 1; Cunipergam F 5 *et* G 1 *e corr.*; Chunipergam F *2; Cunibergam H 1; Conibergam C. D. B 4 — nobilior est p. G 1. 2. r) matrimonio F *2. 4. G. s) *ita* C 1. F 1. G 1. t) *sequentia desunt folio evulso* A 4. u) vitam F 1. G 1. — excederent ex. ei F 1. v) Ildepr. F 1. G 1; Ilpr. A *3. w) ad s. D. g. ecclesiam C. D. B 4; ad basilicam s. D. g. ecclesiam I 1. x) *deest* A 2. — regem *deest* C 1. y) gucculus A 3. z) *ita* A 1. B 2. E 1. F 1. G 1—4; portentum A 2. 3. F *2; portento D. I 1, *alii*; portendo C 1. a) inutile G 1. 2.

1) *Cf. G. pont. Greg. II. et Zachar.* 2) *Dux Adelais contra eum elevatus est; cf. Chron. S. Bened. Cass.; Hirsch p.* 36. 3) *Ex chartis praeceptisque constare, electionem Hildeprandi praecessisse Transamundi rebellioni, Paulum igitur hoc capite res gestas confuso temporum ordine tradidisse, monuit* BI.

hoc cognovisset, non aequo animo accepit; tamen de infirmitate[a] convalescens, eum regni sui consortem habuit. Evolutis dehinc aliquod[b] annis, Transamundus, qui Romam fugerat, Spoletium[c] rediens, Hildericum[d] extinxit rursumque contra regem rebellionis audaciam[e] sumpsit[f, 1].

*56. At vero Gregorius[g] dum aput Beneventum annis *p. 185.
septem ducatum gessisset, vitam[h] exemptus est. Post cuius 739.
obitum Godescalcus dux effectus, annis tribus Beneventanis[i] praefuit; cui in coniugio uxor sociata[k] nomine Anna fuit. Rex[l] igitur Liutprand talia de Spoletio[m] sive Benevento audiens, rursum cum exercitu Spoletium petiit. Qui Penta- 740.
polim veniens, dum a Fano civitatem[n] Forum Simphronii[o, 2] pergeret, in silva, quae in medio est, Spoletini se cum Romanis sociantes, magna incommoda regis exercitui[p] intulerunt. Qui[q] rex in novissimo loco Ratchis[r] ducem et eius fratrem Aistulfum cum Foroiulanis constituit. Supra quos Spoletini[s] et Romani inruentes, aliquos[t] ex eis vulneraverunt. Sed tamen Ratchis cum suo germano et aliquibus viris fortissimis omne illud pugnae pondus sustinentes viriliterque certantes, multisque trucidatis, se suosque exinde, praeter ut dixi paucis[u] sauciatis, eximerunt. Ibi quidam Spoletinorum[v] fortissimus Berto[w] nomine nominative Ratchis adclamans, armis instructus super eum venit. Quem Ratchis subito percutiens, equo deiecit. Cumque eum eius socii perimere vellent, eum pietate solita[x] fugere[y] permisit. Qui manibus[z] pedibusque reptans, silvam ingressus evasit. Super Aistulfum vero in quodam ponte duo fortissimi Spoletini a tergo venientes, unum eorum aversa[a] cuspide feriens de eodem ponte deiecit, alterum vero, subito ad eum conversus, vita[b] privatum post socium mersit.

57.[c] At vero Liutprand Spoletium perveniens, Transa- 742.
mundum ducatum[d] expulit eumque clericum fecit[3]. Cuius

a) infirmitatem F 1. b) *ita* B 2. F 1; aliquid C 1. G 1. 2. c) Spolietum G 2; Spoletum C. D. d) Ild. *hoc loco* F 1. e) audacia F 1. f) *desinunt* B 2. 2a; *hic addit*: per Christum, *ille*: Expl. liber VI. histhoriae Langobardorum. g) Gregoris F 1. h) *ita* A 1. 2. E 1. F 1. G 1—4; vita *cett.* i) Benevenis F 1. k) s. est n. A. f. F 1. G 1. 2. l) *novum inc. cap.* F 1. m) Spolic(t)io F 1. G 1—3. n) *ita* A 1. B 4. C 1. D 1. 6. F. G. H 1. I 1, *alii*; civitate A 2? 3. C 2. 3, *alii.* o) Simfronii F 1. G 1. 4. 5c; Simpronii A 3; Simphoronii A 2; Simphoriani C 4b. p) exercitu F 1. q) Qui — vulneraverunt *des.* G 5c. r) Rachis duce F 1. s) Spoletini se cum Romanis F 1. t) aliquod F 1. u) p. raucitatis G 1. v) Spolitanorum A 2. B 4. C. D. F 1. G. H 1; Spolitonorum E 1. w) Verto F 1. x) solitam F 1. G 1. 2. y) fugire E 1. F 1. G 1. 2. z) manus A 2. a) *ita* A 1. 2. B 4. D 3. F; adversa C. D 1. G. I 1, *alii.* b) vitam G 1. 2. — privavit F 1; privavit et F 4. G 1. 2. 5c. I 1; p. s. m. *des.* G 5a; et de ponte demersit F 1 *e corr.* c) *hoc caput praecedenti adjungunt* D 1. G 1. 2. 5a. c. *Numeris inde ab c.* 53 (=47) *omissis, hoc* LVIIII. *numerat* F 1. d) *ita* A 1. 2. E 1. F 1; ducato G 1. 2; ducatu *ceteri.*

1) *Fusius haec narrant G. pont. Zach.* 2) *Fossombrone.* 3) *Cf. G. pont. Zach.*

in loco Agiprandum[a], suum nepotem, constituit. Cum vero Beneventum properaret, Gotscalcus[b], auditu[c] eius adventu, navem conscendere[d] atque in Greciam fugere[e] molitus est. Qui postquam uxorem et cuncta[f] supellectilem suam in navi inposuisset et novissime ipse[g] ascendere vellet, inruentibus Beneventanis[h], Gisulfi fidelibus, extinctus est. Uxor sane illius cum omnibus quae[i] habebat Constantinopolim perlata[k] est.

58.[l] Tunc rex Liutprandum[m] Beneventum perveniens, Gisulfum[n], suum nepotem, iterum in loco proprio ducem constituit[1]. Rebusque ita conpositis[o], ad suum palatium remeavit. Hic gloriosissimus rex multas in Christi honore[p] per singula loca ubi degere solebat basilicas construxit. Hic monasterium beati Petri[q], quod foras muros[r] Ticinensis civitatis[s] situm est et Caelum Aureum appellatur, instituit[2]. In summa quoque Bardonis Alpe[3] monasterium quod Ber-
*p. 186. cetum[t] dicitur aedificavit[4]. In Olonna[u] nihilominus *suo proastio[v] miro opere in honore sancti Anastasii martyris Christo[w] domicilium statuit, in quo et monasterium[x] fecit. Pari etiam modo multa per loca singula divina[y] templa instituit. Intra suum quoque palatium oraculum domini Salvatoris aedificavit[z] et quod nulli alii reges habuerant, sacerdotes et clericos instituit, qui ei cotidie divina officia decantarent. Huius regis[a] temporibus fuit in loco cui Forum[b]

a) Agibrandum A 3. D; Aprandum F 1, *post corr.* Ansprandum, *et ita* F *2. 4. 5. G 1. 2. 5c; Ansbrandum G 5a. b) *ita hoc loco* A 1. F 1. G, *alii*; Gotstalcus A 2; Gotescalcus I 1; Godescalcus D 2. 3. c) *ita* A 1. 2. F 1. G 1. 2; audito *ceteri*. d) conscenderet F 1. G 1. 2. e) fugire G 1. 2. f) *ita* A 2. F 1. G 1. 2; cunctam *ceteri*. g) ille C. D. h) Benventani F 1. i) *deest* A 2. F. G 1 2. k) prolatam G 1. l) *hoc cap. praecedenti adjungunt* A 2. 3. F *2. 4. G. m) *ita* A 1. F 1; Liutprandus *cett.* n) *deest* G 2. o) conposuit F 1. G 1. 2. p) honorem A 2. E 1. F. G. H 1. I 1. q) *deest* A 3. r) murum F 1. G 2. s) c. s. est *des.* G 1. t) Bercedum G 1. 4; Bercecum G 5c; Bertecetum H 5a; Borcetum A *3. u) *in* A 1 *legi nequit*; Olonnam G 2; Olomna A 3; Olonno C 4b; Ollana D 2; Ollanna D 3. B 4; Holonna F 2a. G 4; Holonia G 5c; Nolanna C 1; Nolana I 1. v) prastitio C 1. 2. D 1. I 1; proastrio D 2; prolevamine G 5a. c; proprio *e corr.* F 1, *et ita* F 5. I 2. — suo *deest* A *3. w) Christi C 1. G 2. — domicilio G 1. x) monasterius G 1. y) divinita G 2; *vel hoc vocabulum vel* singula *deest* G 1. z) instituit G 1. 2. a) rei F 1. G 2. 3; regi G 1; temporis G 2. 3. b) Foro G 1.

1) *Quod c.* 742. *factum ex diplomatibus constat. Cf. Hirsch p* 39. 2) *Cf. Ottonis III dipl., Stumpf No.* 923, *et Mabillon, Ann. Ben. l. XX, c.* 53 *(II, p.* 66*).* 3) Barturberk *superscripsit Epit. Scletstadiensis.* 4) *Non conditorem, sed auctorem monasterii Berceti in monte Bardonum Liutprandum regem ex gestis Moderamni episcopi Redonensis a Frodoardo narratis lib. I, cap.* 20. *probat optime Mabillonius in annalibus tom. II, a.* 718 *(II, p.* 51*), illudque in honorem s. Abundii martyris antea constructum, postea in honorem s. Remigii, cujus reliquias e Remensi monasterio Moderamnus in Italiam contulerat, et miraculo monitus ibidem deposuerat, ita Liutprandus regia liberalitate per suum diploma bonis et aedificiis ditavit, ut a nostro conditoris loco habeatur.* BI.

nomen est, iuxta fluvium Tanarum, vir mirae sanctitatis Baodolinus [a] nomine, qui multis miraculis, Christi gratia [b] suffragante, refulsit [c]. Qui saepe [d] futura praedixit, absentia quoque quasi praesentia nuntiavit [e]. Denique cum [f] rex Liutprand in Urbem silvam venatum isset, unus ex eius comitibus cervum [g] sagitta percutere [h] nisus, eiusdem regis nepotem, hoc est sororis eius filium, Aufusum [i] nomine, nolens sauciavit. Quod rex cernens — valde enim eundem puerum amabat — cum lacrimis eius incommodum [k] lamentari coepit statimque unum e suis equitem misit, qui ad virum Dei Baodolinum curreret eumque peteret, ut pro vita eiusdem pueri Christum supplicaret. Qui cum ad servum Dei pergeret, puer defunctus est [l]. Cui Christi famulus ad se pervenienti ita dixit: 'Scio, quam ob causam veneris; sed illud quod postulare missus es [m] iam fieri non potest, quia puer ille defunctus est'. Quod cum his [n] qui missus [o] fuerat regi quod a servo Dei audierat renuntiasset, rex, licet doluerit, quod effectum [p] supplicationis suae habere non potuit, tamen quia vir Domini Baodolinus prophetiae spiritum habuerit, aperte cognovit. Huic [q] quoque non dissimilis aput [r] Veronensem civitatem Teudelapius [s] nomine fuit, qui inter miranda [t] quae patrabat praesago etiam spiritu [u] multa quae erant ventura praedixit. Eo [v] quoque tempore floruit vita vel actibus Ticinensis ecclesiae episcopus Petrus [w], qui [x] quia regis erat consanguineus, ab [y] Ariperto quondam [z] rege aput Spoletium exilio fuerat retrusus. Huic beati martyris Savini [a] ecclesiam frequentanti isdem venerabilis martyr [b] praenuntiavit, quod episcopus aput Ticinum futurus esset. Qui [c] postea, cum factum fuisset, basilicam eidem beato [d] martyri Savino in solo proprio aput eandem [e] civitatem construxit [f]. Hic inter reliquas optimae vitae quas habuit virtutes etiam virginitatis flore decoratus enituit. Cuius [g] nos [h] aliquod miraculum [i], quod posteriori tempore gestum est, in loco proprio ponemus. At [k] vero Liutprand [l], postquam triginta et uno [m] annis *septemque mensibus regnum [n] *p. 187.

a) Baudolinus G 5a. c; Blandolius *corr.* Blandolinus G 1; Blandolinus G 4. b) graciam F 1. c) *reliqua in* G 1 *vix legi possunt.* d) semper F 1. e) pr. dicebat. *desinit* K 2, *addens*: Finis sex libri et ultimi. f) dum A 2. *3. 3; *deest* C. G 2; r. L. cum in D 3. g) servum A 2. C 1. F 1. h) percuteret F 1. i) Anfusum A *3. k) incommodu F 1; incommoda F 4. G. — eius *deest* C 1. — lamenta F 1; lamentare C 1. G 2. l) *reliqua in* A 1 *legi nequeunt.* m) est F 1. — postulas C. D. B 4. — iam *deest* C. D. I 1. n) *ita* A 2. C 1. F 1. G 2. 3. o) missi fuerant F 1. p) effectu G 2. q) *novum inc. cap.* F 1. r) ad (at G 2) F. G. — Beron. C 1. 2. F 1 s) Theud. G 2; Theod. C 1. D 2. 3. t) mirandam F 1. u) spiritum F 1. v) *novum inc. cap.* E 1. F 1. w) *desinit* G 1. x) *deest* F 1. y) *deest* G; et ab H 2; quia e. c. Ariberti quondam regis ap. G 5a. c. I 2? z) *desinit* G 2. a) Sabini A 2. F 1 (S. m.). b) vir C. D. I 1. c) Quod G 4. 5c; Qui p. cum episcopus factus fuisset D (1?). H. d) *deest* G 4; beati C 4b; eiusdem beati martiris Savini C 1—3. D. e) eadem *e corr.* F 1. f) *desinit* A *4. g) Cuius — ponemus *des.* I 2. h) *deest* C 1. i) *deest* A 2. k) *novum inc. cap.* A 4. E 1. F 1. 5. l) rex *add.* C. D. m) duo C 1. n) principatum C. D. B 4.

optenuit, iam aetate maturus huius vitae cursum explevit; corpusque eius in basilica beati Adriani martyris, ubi et eius genitor requiescit, sepultum est. Fuit autem vir multae sapientiae, consilio sagax, pius[a] admodum et pacis amator, belli[b] praepotens, delinquentibus clemens, castus, pudicus, orator pervigil, elemosinis largus, litterarum quidem ignarus, sed philosophis aequandus, nutritor gentis, legum augmentator. Hic initio regni sui Baioariorum plurima castra cepit, plus semper orationibus quam armis fidens, maxima semper cura Francorum Avarumque[c] pacem custodiens[1].

## FINIT[d] LIBER SEXTUS[e].

a) *deest* A 3. b) *reliqua in* B 3 *legi nequeunt.* c) *deest* G 5a. c; aliorumque F 3a; d) *ita* E 1. F 1; Explicit *ceteri.* e) de historia Langobardorum *add.* A 2, et ultimus historiae gentis (*deest* F 5) Langobardorum D 4. F 5, in historia Longobardorum edita a Paulo historiographo H, amen E 1; Hystoriae Langobardorum liber VI. explicit D 3; Explicit liber sextus Pauli de gestis Longobardorum D 5; Expliciunt gesta Longobardorum A 4. — *In* A 6 *legitur:* Ab adventu Longob. usque ad annum domni Grimoaldi sunt anni CCXLI. — *Codd.* C 1—3. D 1. I 1 *capita* 52. *et* 53. *supra omissa addunt.*

1) *Nostris diebus Liutprandi regis tumulus non in basilica d. Adriani martyris, ut Paulus hic scribit, sed in altera s. Petri in Coelo aureo. Scriptores Ticinenses inde translatum putant, immo iterum loco motum scribunt in eadem basilica sancti Petri: quippe olim ad ingressum confessionis columnis quatuor impositus conspiciebatur, nunc vero ex decreto sac. conc. Trident. humi stratus ante proximam aram s. Severino Boetio dicatam. Haec ibi legitur epigraphes:*

Flavius hoc tumulo Liutprandus conditur, olim
Langobardorum rex inclytus, acer in armis
Et bello victor; Sutrium atque Bononia firmant
Hoc et Ariminum, necnon invicta Spoleti
Moenia; namque sibi haec subiecit fortior armis.
Roma suas vires iam pridem hoc milite multo
Obsessa expavit; deinde[a] tremuere feroces
Usque Saraceni, quos dispulit impiger, ipso,
Cum premerent Gallos, Karolo poscente iuvari;
Ungarus, a solo hoc adiutus Francus et omnes
Vicini grata degebant pace per omnes.
Rege sub hoc fulsit, quod mirum est, sancta frequensque
Relligio, ut recolunt Alpes, ecclesia quarum
Hanc habuit vincente ipso, et praegrandia templa,
Quae vivens struxit, quibus et famosus in orbe
Semper et aeternus lustrabit saecula cuncta,
Praecipue Petro coelesti hac sede dicata[b]
Clavigero, statuit Coelo quam providus Aureo;
Augustinus ubi huc aliunde abductus eodem
Rege iacet, cuius doctrina ecclesia fulget. BI.

*Editum est hoc epitaphium, multo post mortem ejus factum, etiam a Sigonio, De regno Italiae lib. III (ed.* 1691*), p.* 71, *cujus ope quaedam emendavi, et Troya, Cod. dipl. Nr.* 564, *IV, p.* 135.

a) deinceps *S.* b) locata *S.*

# *APPENDIX. *p. 188.

## I. CATALOGUS PROVINCIARUM ITALIAE.

*In codice bibliothecae regiae Matritensis A.* 16, *saec. X, inter varia opera chronologica, geographica aliaque (Arch. VIII, p.* 768 *sq.) f.* 190. *brevis legitur Italiae descriptio, cujus exemplar in usus nostros fecit b. m. Knust. Ipse hanc ex Pauli Historia Langobardorum sumtam putavit; sed jam Bethmann vidit, Paulo vetustiorem eam esse, ab illo exscriptam, laudatam (II,* 20*) et additionibus ex Isidoro plerumque haustis auctam. Attamen Langobardorum tempore, monasterio Bobiensi fundato (*613*), composita est. Saeculo XI. Guido inter Varias historias (Arch. VII, p.* 537 *sq.) Bethmanno teste eam recepit (fol.* 7. *cod. Bruxellensis Nr.* 3897—3918*), nonnullis additis vel mutatis, quae nunc ad manus non fuerunt. G. W.*

### Item de provinciis Italiae.

Prima provincia Venetia. Sunt[a] huius Venetiae infra Veronam et Vincentiam[b] Pataviumque et Mantuam civitates, seu et alias. Sed inter omnes Aquileia civitas extitit caput, pro qua modo nunc Foroiuli ita dictum est, quod Iulius Cesar forum negotiationis ibi statuerat.

Secunda provincia Liguria; in qua est Mediolanum, Ticinum, quae alio nomine Papia appellatur. Haec usque ad Langobardorum fines protenditur. Inter hanc et Alamanorum patriam due provincie sunt, id est Reptia prima et Reptia secunda, inter Alpes consistunt; in quibus proprie Reti habitare noscuntur.

Tertia provincia Alpes Cotiae dicuntur. Hanc a Liguria in eorum versus usque ad mare Tyrrenum extenditur et ab occiduo finibus Gallorum conputatur. In hac Aquis, ubi aquae calidae sunt, et civitates Dertona et monasterium Bovium, Genua et Saona habentur.

Quarta provincia Tuscia est. Haec habet intra se cir-

a) S; *cod.* b) unc. *c.*

cium versus Aureliam, ab orientis parte Umbriam. In hac provincia Roma, quae aliquando totius mundi caput extitit, in Umbria Perusium et lacum Clitorius et Spoletium[a] consistunt.

Quinta provincia Campania ab urbe Roma usque ad Siler Lucanie fluvium extenditur. In qua opulentissime urbes Capua, Neapolim et Salernum constitute sunt.

Sexta provincia Lucana inchoat a fluvio Silere cum Oritia usque ad fretum Siculum per ora maris Tirreni, sicut et due superiores provinciae, dextrum Italie cornu tenens, pertingit. In qua posite sunt civitates, id est Pestus, Laynus, Cassanus, Cosentia, Malvitus et Regium.

Septima provincia in Apenninis Alpibus conputatur, quae inde originem capiunt, ubi Alpes Cotiae finiuntur. He Alpes Apenninae per mediam Italiam pertingentes, Tuscia ab Emilia et Umbria a Flamminea dividuntur. In qua sunt civitates Feronianum et Montebellium, Bovium et Orbinum necnon et oppidum quod Verona appellatur.

Octava provincia Emilia, incipiens a Liguria provincia, inter Alpes Apenninas et Padi fluenta, versus Ravennam pergit. Haec locupletibus urbibus habet, Plagentia, Regio, Boonia et Foro Cornelii, cuius castrum Imola appellatur.

Nona provincia Flaminea posita est inter Alpes Apen-
*p. 189. ninas et mare Adriaticum. In *qua sunt nobilissima urbium Ravenna et quinque aliae civitates consistunt, que Greco vocabulo Pentapolim appellantur[b].

Decima provincia Picęnum occurrit post Flamineam, ab austro habet Apenninos montes, ex altera parte Adriaticum mare. Haec pertendit usque ad fluvium Piscaria. In qua sunt civitates Firmus, Asculus et Pennis, ętiam vetustate consumptae [Hadriae] [c].

Undecima provincia Valeria, cui Nursia est annexa, consistit inter Umbriam et Campaniam et Picenum, quae ab oriente Samnium regionem attingit. Hec habet urbes Tiburim, Carsiolis, Reate, Forconem et Amiternum et regiones Marsorum[d] et eorum lacus qui Focinus appellatur.

Duodecima provincia Samnium inter Campaniam et mare Adriaticum et Apuliam. Quae a Piscaria incipiens habetur. In hac sunt urbes Theate, Aufidianum, Hisernia et antiquitate consumpta Sampnium, a qua tota provincia nominatur[e], et ipsa harum provinciarum caput ditissima Beneventum.

Tertia decima provincia Apulia, consociata sibi Calabria. Hec habet urbes satis opulentas Luceriam, Sipontum, Canusium, Acerentiam, Brundisium, Tarentum et in sinistro Italie cornu, quod quinquaginta milibus distans, aptam mercimoniis Ydrontum.

a) cl. exp. *c.* b) appellatur *c.* c) *ita ex Paulo supplevi.* d) Masorum *c.* e) nominantur *c.*

Quarta decima provincia Sicilia insula computatur. In hac provincia sunt ditissime urbes, inter quas magna civitas est Siracusana.

Quinta decima provincia Corsica insula, quae multis est promunctoriis angulosa. Sexta decima provincia Sardinia insula. Quae utreque Tirrenis fluctibus ambiuntur. Haec[1] in Africa mari facie vestigii humani tam in horiente quam in occidente latior prominet, forme paribus lateribus, in meridie et septentrionem patet in longitudinem 140 milia, in latitudinem 40.

---

## II. CARMEN DE SYNODO TICINENSI.

*In codice Bobiensi, jam* A m b r o s i a n o *E.* 147 *sup., qui continet concilium Chalcedonense litteris majusculis saeculo sexto rescriptum, Ulphilae aliisque fragmentis deletis, in paginis duabus post ejus concilii actionem primam vacuis relictis alia manus charactere minusculo saeculi septimi inseruit versus ad celebrandam synodum Papiensem c. a.* 698. *jubente Cunincperto rege compositos regique dedicatos a poeta anonymo, quem Flavianum fuisse conjecit Oltrocchi. [Sed litteris versuum initialibus* Stefanus mg. *(magister?) auctor indicari videtur, ut Holder-Egger monuit].*

*In altero etiam codice Bobiensi inter* A m b r o s i a n o s *C.* 105 *infer., Hegesippum continente litteris majusculis exaratum, in calce libri quarti, ubi librarius in fine quaternionis spatium reliquerat paginae paulo plus unius, alia manus saeculi septimi exeuntis vel octavi ineuntis charactere minusculo hos ipsos versus descripsit.*

*Invenit eos primusque edidit Oltrocchi, Eccl. Mediolanensis Historia, Med.* 1795, *II,* 536. 625, *ex apographo C.* 105, *quod totum aeri incidere fecit, variis codicis E.* 147 *lectionibus in margine indicatis. Oltrocchium repetiit Joh. Bofisius, Conc. Papiensia,* 1852. 4°, *p.* 1. *[Troya, Cod. dipl. III. Nr.* 330. 353. 363. *Postea Reifferscheid carmen, ut videtur, ineditum ratus, typis, non sine mendis, mandari fecit, 'S. B. d. Wiener Akad.'* 1871, *p.* 473. *Praeterea impressum est in ephemeridibus 'L'archeografo Triestino, Nuova serie' I, p.* 85. *Fusius vero de hoc pretioso historiae monumento nuper egit Piper, 'Über den kirchengeschichtlichen Gewinn aus Inschriften' p.* 101 *sqq.] Nos eos iterum ex ipso codice E.* 147 *accuratissime descripsimus, varias apographi C.* 105 *lectiones sub contextu annotantes omnes; ex quibus satis patet, codicem C.* 105 *non esse fontem codicis E.* 147.

*L. BETHMANN.*

1) *Haec ex Isidor. Et. XIV,* 6, 39.

*p. 190. *Sublimes[a] ortus in finibus Europe[b]
Langibardorum regale prosapia,
rex Haribertus[c] pius et catholicus
Arrianorum abolevit heresem[d]
et christianam fidem fecit crescere. +

Subolis item Berthari[e] in solium
regni suffectus, imitatus protinus
exempla patris, ad fidem convertere
Iudaeos[f] fecit baptizandos, credere
qui rennuerunt, gladium peremere. +

Tutor et rector, amator ecclesiae,
a fundamentis constructor coenubii[g],
ubi et Christi conlocavit famolas[h. 1],
sua praefecit germana egregia,
ipsas materno amore ut regeret. +

Tertius immo nepus[i] adque[k] filius
rex Cuningperctus[l] sublimatus tempore
moderno rector fortis et piissimus,
devotus fidem christianam colere,
ecclesiarum ditator et opifex. +

Elictus gente a Deo ut regeret
Langibardorum[m], rebelles conpescuit,
bello prostravit Alexo[2] nequissimo[n],
semidiruta nuncupata Motina
urbe[o] pristino decore restituit. +

Exorta scisma iam prisco de tempore
ab aquilone parte, unde pandere
malum in terra universum propheta
vaticinandum Isaias cecenet[p. 3],
ubi superbus thronum cadens elegit. +

Fontis labacro recepere simile[q],
nobiscum simul Trinitatem credere
Aquiligenses dissedentes[r] synodum
quinta[4], qui totus concordat cum quarta[s],
una tempnentes[t] rei facti omnium. +

a) Sublimis 2. b) Europae 2. c) Haribertus 2. d) heresim 2. e) Bertharith 2. f) Iudeos 2. g) coenobii 2. h) famulas 2. i) napus *Re.* k) atque 2. l) Cunincbertus 2. m) Langobardorum 2. n) Alex iniquissimo 2. o) urbi 2. p) cecenit 2. q) lavachrum r. similem 2. r) dissidentes 2. s) IIII 1. 2. t) temnentes 2.

1) *Cf. Paul. V*, 34. 2) *Alachis dux; cf. Paul. V*, 38—41. 3) *De Jeremia* 4, 6. *cogitare videtur:* quia malum ego adduco ab aquilone. 4) *Cf. Paul. VI*, 14, *qui de synodo Ticinensi prorsus tacet. Neque Mansi neque etiam Hefele in ultima libri editione ejus mentionem faciunt.*

Fides ut esset in tota Hesperia
coadunata, advocari praecepit[a]
Aquiligenses urbi ubi resedet,
Ticino dicta ab amne qui confluet,
proprium gerens Papia vocabolum. +

Aulam ingressi ortodoxi[b] pariter,
adversus prabos coeperunt[c] contendere,
libros legentes sancitos a patribus,
Pauli et Pyrri detegentes heresem,
Theodori, Hibae[d] simulque Theodoriti. +

Ast se iam victos cognoscentes, ilico
petunt a rege, ut iurent[e] catholici
melius quintam recepere synodum[f],
et se promittunt consensuros postea
ac iuraturos credendum[g] recepere. +

Namque ovantes ingressi ecclesia[h],
iureiurandum adfirmant concordiam
adque uniti karitatis vincolum[i],
ostias simul offerentes Dominum,
eucharistiam[k] concordis[l] participant. +

Nullus de tanto gaudio potuerat
se[m] temperare a fletu et lacrimis,
catholicique sive de scismaticis,
omnibus tanta supplevit conpunctio,
cernerent Christum ibi acsi patule. +

Utreque parti rex pius elegere
Cunincperct iubet[n] legatos, diregere
sedem ad sanctam, ubi Christo presole
data potestas nectere et solvere
Petro piscanti caeli archeclavio[o]. +

Ubi resedens[p] papa pius Sergius,
suos qui iussit adesse episcopos,
gaudens recepit Thomam Christi ministrum[1],
Theodoaldo simul legum peritissimum;
aderant quoque Aquiligenses[q] pariter. +

a) praecipit rex Cunincpertus urbi 2. b) orthod. 2. c) pravos ceperunt 2. d) Ibae 2. e) iorent 2 *teste Re.* f) sinodum 2. g) credendos 2. h) obantes i. ecclesiam 2. i) caritatis vinculum 2, *ubi* o. s. o. D. *desunt.* k) et e. 1 *teste Re.* l) concordes 2. m) se t. a fleto et l. *post* scism. *collocat* 2. n) iuvit 2. o) arceclavio 2. p) resedet 2. q) Aquilienses 2.

1) *Cujus titulum sepulchralem v. ap. Troya III, p.* 44, *ubi legitur:*
Error[e] veteri diu Aquilegia caeca
Diffusam caelitus rectam dum renueret fidem,
Aspera viarum ninguidosque montium calles
Calcans, indefessus glutinasti prudens scissos.

*p. 191. * Sedenti pape ante ora omnium
scedula datur continens praeterita,
quae acta erant praedicto de scismate [a];
quam vir excellens Dammianus [b] pontifex [1]
pio direxit dictata effamine. +

Sergius papa regi est pollicitus
sua a Deo adempta [c] facinora;
illud prophetae [2], ubi inquid, recolet [d]:
'Qui peccatore ab errore convertet [e],
sua a morte liberavit anima'. +

Merito iuste pastor apostolicus
digni quod erant sectae pravae [f] codices,
quos antefati conscripserunt auctores,
iussit conburi, ultra ne pulluerent [g]
pravorum mentes, qui erant de scismate. +

Mihi ignosce, rex, quaesu, piissime,
tua qui iussa nequivi, ut condecet,
pangere ore styloque [h] contexere,
recte ut valent edissere medrici,
scripsi per prosa ut oratiunculam [i]. +

Gloria Regi regum in perpetuum
canamus omnes, oremus et pariter,
sua ut regem Cunincpercto dextera
protecat Christus hic multa per tempora,
vitam aeternam deinceps et tribuat. +

---

## III. EPITAPHIUM ANSAE REGINAE.

*In codice bibliothecae civitatis* L i p s i e n s i s *I,* 74 *inter carmina Paulo Diacono attributa epitaphium legitur Ansae reginae, uxoris Desiderii regis, quod Historiae Langobardicae insigne monumentum a b. m. Hauptio editum (Berichte der Sächs. Ges. d. Wiss.* 1850, *p.* 8) *hoc loco praetermittere noluimus. Ansa cum marito in Franciam ducta* [3] *quo anno obierit non constat, neque quomodo factum, quod saltem mortua in patriam terram reduceretur, id quod hoc carmine docemur. Quod si Paulo recte hi versus tribuuntur, tempori adscribendi sunt, quo in aula Adelchis*

a) q. a. e. p. d. sc. *desunt* 2. b) Damianus 2. c) ademta 2. d) recolit 2. e) convertit 2. f) secte prave 2. g) polluerint 2. h) stiloque 2. i) oratiuncula 2.

1) *Ticinensis; cf. Paul. VI,* 4. 2) *Epist. Jacobi* 5, 20. 3) *Ann. Nazar. Alam. SS. I, p.* 40.

*ducis Beneventani, cujus uxori Adelpergae, Ansae filiae, familiaritate conjunctus erat, vel in vicino monasterio Casinensi degit, nondum Karolo regi addictus*[1]. *Huic quidem tempori conveniunt quae de filiabus ad Aufidum, Rhenum et Istrum, i. e. duci Beneventano, regi Francorum et duci Baioariorum nuptis et de Adelgiso 'Bardorum spe maxima' leguntur, quae certe Paulus dicere non poterat, postquam in aulam Karoli venit, qui Desiderii natam repudiaverat neque Langobardis ullam spem regis ex genere Desiderii reliquerat.* *G. W.*

## SUPER SEPULCRUM DOMNAE ANSE REGINAE.

Lactea splendifico quae fulgit tumba metallo
Reddendum quandoque tenet laudabile corpus.
Hic namque Ausonii coniux pulcherrima regis
Ansa iacet, totum semper victura per orbem
Famosis meritis, dum stabunt templa Tonantis,
Dum flores e[a] terris, dum lumen ab aethere surgit.
Haec patriam bellis laceram iamiamque ruentem
Compare cum magno relevans stabilivit et auxit.
Protulit haec nobis, regni qui sceptra teneret,
Adelgis[b] magnum, formaque animoque potentem,
*In quo per Christum Bardis spes maxima mansit. *p. 192.
Fortia natarum thalamis sibi pectora iunxit,
Discissos nectens, rapidus quos Aufidus ambit,
Pacis amore ligans, cingunt quos[c] Renus et Hister.
Quin etiam aeterno mansit sua portio Regi,
Virgineo splendore micans, his dedita templis[2].
Cultibus Altithroni quantas fundaverit aedes,
Quasque frequentat egens, pandit bene rumor ubique.
Securus iam carpe viam, peregrinus ab oris
Occiduis quisquis venerandi culmina Petri
Garganiamque petis rupem venerabilis antri.
Huius ab auxilio tutus non tela latronis,
Frigora vel nimbos furva sub nocte timebis:
Ampla simul nam tecta tibi pastumque paravit.
Plura loqui invitam brevitas vetat inproba linguam;
Concludam paucis: quicquid pietate redundat,
Quicquid mente micat, gestorum aut luce coruscat,
In te cuncta simul, fulgens regina, manebat.

a) . . e *cod.* b) g *e corr. c.* c) *ita emend. Haupt*; chorentis *c.*

1) *Cf. supra* p. 4. 2) *Anselbergam, abbatissam monasterii S. Salvatoris Brixiani a Desiderio et Ansa fundati, ut diploma a.* 769, *Mon. patr. XIII,* 70, *docet, intelligi, Haupt monuit.*

# INDEX.

## SCRIPSIT O. HOLDER-EGGER.


**A**bares *v.* Avares.
Acerentia *v.* Agerentia.
Acilus, *Asolo* 132; episc.: Agnellus.
Adalardus abbas (Corbeiensis) 13.
Adaloald, Adalvald, fil. Agilulfi, rex Langobardorum 143. 154. 156. 159. 168.
Addua fl. 96. 207.
Adelchis, Adelgis, fil. Desiderii, rex Langobardorum 3. 249.
Adelperga, fil. Desiderii regis, uxor Arichis ducis Beneventani, 3.
Ado lociservator Foroiulii, frater Rodoaldi ducis, 209. 211. 222.
Adrianus episc. Polensis 132.
Adrianus abbas 197.
Adriaticum mare 57. 84. 91. 99. 101. 244.
Aegyptus, Aegiptus 55. 119. 161. 192. 216; Aegyptii 61; Aegyptiae herbae 112.
Aemilia, Aemelia, Emilia, provincia 83. 88. 99. 101. 170. 174. 244.
Africa 72. 161. 191. 208. 216. 233. 245; Africanus cognomen 72.
Agatho papa 213.
Agatho dux Perusinorum 237.
Agelmund, fil. Aionis, rex Langobardorum 50. 61–63.
Agerentia, Acerentia, *Acerenza* 100. 187. 244.
Agilulf, qui et Ago, rex Langobardorum, dux Taurinensium 111. 135. 136. 140–150. 153. 155–157; uxor: Theudelinda; liberi: Adaloald, Gundiperga.
Agilulfi regis filia (anonyma) 153. 157.
Agiprandus dux Spoletinus, nepos Hildeprandi regis, 240.
Agnellus episc. de Acilo 132.
Agnellus episc. Tridentinus 19n. 132. 137. 144.
Ago *v* Agilulf.
Ago dux Foroiulanus 174. 178. 193.
Aguntum, Agonthiensis civitas, *Innichen* 87. 94. 167.
Aio, fil. Arichis, dux Beneventanus 144. 169. 170.
Aio dux Winilorum 50. 53. 57. 58. 61; filius: Agelmund.
Aistulfus, Ahistulfus, rex Langobardorum, fil. Pemmonis ducis, 224. 236. 239.
Alahis, Alexus, dux Tridentinus et Brexianus 179. 200–207. 219. 246.
Alamanni (= Suavi) 87. 96. 124. 127. 164; Alamannorum patria 96. 243. – Alamannicus cognomen 72.
Albis fl. 93.
Albo dux Mediolanensis 108.
Alboin, fil. Audoini, rex Langobardorum 51. 70. 71. 79–84. 89–93. 103—106. 109; uxores: Chlotsuinda, Rosamunda; filia: Alpsuinda; nepos: Gisulfus.
Aldo civis Brexianus 201—204. 208. 214. 215; frater: Grauso.
Alexandria 178. 192. 228.
Alexus *v.* Alahis.
Alichis dux Brexianus 108.
Alpes 91. 92. 96. 102. 155. 242. 243; Alpes Appenninae 83. 98. 99. 244; Alpes Cottiae (Cotiae) 83. 97. 98. 168. 225. 232. 243. 244; Alpis Iulia 94; Alpinus trames 117.
Alpis Bardonis, *Bardi* 196. 240.
Alpsuinda, Albsuinda, fil. Alboini regis Langobardorum, 79. 83. 106. 107.

Alsuca castrum, *Valsugana* 137.
Altinum, Altina civ., *Altino* 87. 131; episc.: Petrus.
Alzeco dux Vulgarum 179. 196. 197.
Amacina insula 132; *v.* Comacina.
Amalongus Langobardus 190.
Amator episc. de castro Iuliensi 235. 236.
Amatus patricius Provinciae 109. 113.
Amazo 50; Amazones 62.
Ambri dux Wandalorum 50. 57.
Ameria, *Amelia* 147.
Amingus dux Francorum 82. 84. 85.
Amiternum civ. 100. 244.
Amo dux Langobardorum 110. 116. 117.
Amtalan rex Maurorum 72.
Anagnis castrum, *Nano* 19. 110. 117. 118.
Anastasius II, qui et Artemius, imp. 209. 227. 228.
Anastasius patriarcha Constantinopolitanus 234.
Anastasius episc. Arrianus Ticinensis 169.
Andegavensis civ., *Angers* 232.
Angilramnus archiepisc Metensis 219.
Angli 111. 129. 197. 208. 209. 229; Saxones Angli 201; Anglisaxones 155. 217; rex: Cedoald.
Anna, uxor Godescalci ducis Beneventani, 239.
annales libri 96.
Annibal 98.
Ansa, uxor Desiderii regis Lang., 249.
Anschis, Anscis, maior domus, fil. Arnulfi, 209. 221.
Anschises Troianus 221.
Ansfrit dux Foroiulanus 207. 212.
Ansprandus rex Langobardorum 208. 219–221. 227. 228; uxor: Theodorada; liberi: Sigiprand, Liutprand, Aurona.
Ansul, cognatus regis Authari, 136.
Anthab 60.
Anticus cognomen 72.
Antonius (ecclesiae Gradensis) defensor 129.
Appa, fil. Gisulfi ducis Foroiulani, 161.
Appennini montes 99. 244; *cf.* Alpes.
Aper abbas (S. Hilarii Pictaviensis) 95.
Appianum castrum 137.
Apulia 83. 100. 101. 187. 244.
Aquae, Aquis, *Acqui* 97. 243.
Aquileia 82. 92. 96. 122. 159 (vetus). 193. 217. 235. 243; Aquiligenses 246. 247; Aquileiensis ecclesia 193. 226. 232; patriarchae: Paulus, Probinus, Helias, Severus, Iohannes, Petrus, Serenus, Calistus; Aquileiensis sinodus 208. 217.
Aquinses (*Aix*) 117.
Aquitania 56. 233; princeps: Eudo.
Arabia 55.
Arator subdiaconus Romanus 73; apostolorum actus.
Arausica, *Orange* 116 n.
Arcis, *Arce* 224.
Arelate, *Arles* 237; Arelatensis provincia 116.
Argait sculdahis 222. 223.
Arichis I, Arechis, Arigis, Arogis, dux Beneventanus 142. 144. 153. 167. 169. 170; filius: Aio.
Arichis, fil. Romualdi I. ducis Beneventani, 195.
Arichis II, Arechis, dux vel princeps Beneventanus 3. 4. 14; uxor: Adelperga.
Arichis, fil. Lopichis, avus Pauli diaconi, 166; filius: Warnefrit.
Arichis, fil. Warnefrit, frater Pauli diaconi, 166.
Ariminum, *Rimini* 101. 237. 242.
Arioald rex Langobardorum 143. 144. 168. 169.
Aripert I, Haribertus, fil. Gundoaldi ducis, rex Langobardorum 144. 172. 174. 177. 180. 198. 201. 219. 227. 246; filii: Perctarit, Godipert; filia anonyma uxor Grimualdi.
Aripert II. rex Langobardorum, fil. Raginperti, 208. 209. 220. 221. 225. 227. 228. 241; frater: Gumpert.
Aripertus I. rex Francorum, fil. Chlotarii I, 92.
Ariulfus dux Spolitanus 142. 151. 152.
Arnefrit, fil. Lupi ducis Foroiulani, 178. 194.

S. Arnulfus maior domus, episc. Metensis 209. 218. 219. 221; filius: Anscis.
Arodus genere Rothari rex 169.
Arogis *v.* Arichis.
Arriana heresis 126. 169. 246; Arriani 169.
Artemius *v.* Anastasius II.
Artenia castrum, *Artegna* 162.
Arx, Cassini castrum 74. 79.
Asculus, *Ascoli* 99. 244.
Asfeld campus 71.
Asia 9. 62.
Assi dux Wandalorum 50. 57.
Assipitti 50. 59.
Astensis civitas, *Asti* 168. 183. 186; dux: Gundoald.
Atesis fl., *Etsch* 127.
Athenae 186.
Ato Langobardus 220.
Atto dux Spolitanus 174. 192.
Audoin rex Langobardorum 51. 69. 70. 79; uxor: Rodelinda; filius: Alboin.
Audualdus dux Francorum 136.
Aufidena, Aufidianum, *Alfidena* 100. 244.
Aufidus fl. 249.
Aufusus, nepos Liutprandi regis, 241.
Augusta civ., *Augsburg* 94.
S. Augustini corpus 210. 234. 242.
S. Augustinus (episcopus Cantuariensis) 129.
Aurelia provincia 97. 99. 244.
Aurelianum, Aurelianensis civ., *Orléans* 92. 228; Aurelianensium regio 212; comes: Ragimpertus.
Aurona, fil. Ansprandi regis, 221. 235; filia: Gumperga.
Ausonia 3. 83. 95. 102.
Ausonus dux, fil. Ulixis, 102.
Austria 204.
Austrigusa, fil. regis Gepidorum, uxor Wachonis regis Langobardorum, 68.
Authari, fil. Clephonis, rex Langobardorum 110. 111. 123. 124. 132—136. 138. 140. 141; Flavius appellatus 123; uxor: Theudelinda; cognati: Agilulf, Ansul. — Authari columna 138.
Autpertus abbas S. Vincentii 241.
Auximum, *Osimo* 235.
Avar 163; Avares, Abares, Avari 80. 92. 126. 142. 143. 145. 150. 154. 156. 161—165. 176. 178. 180. 193. 194. 242; Avarorum patria 165.
Avinion, *Avignon* 116 n.

Badrinus amnis, *Padoreno* 126.
Baioaria 111. 133. 134. 146. 208. 221. 227; Baioarii, Baiuarii 81. 87. 118. 135. 142. 150. 164. 167. 200. 209. 221. 227. 232. 242; duces vel reges: Garibald I, Tassilo I, Garibald II, Theudepert, Theudo.
Balneus Regis, *Bagnorea* 159.
Banthaib 60.
Baodolinus 241.
barbara lingua 54.
Bardanis *v.* Filippicus.
Bardi = Langobardi 14. 15. 125. 126. 249.
Bardonis Alpis 196. 240 (Barturberk 240 n.).
Bauzanum castellum, *Botzen* 200.
Bebius mons, *Vesuv* 208. 216.
Belgica Gallia 55.
Belisarius patricius 72.
Bellunum, *Belluno* 132. 224; episc.: Laurentius.
Benacus lacus, *Lago di Garda* 85. 96.
S. Benedictus abbas Casinensis 6. 7. 11. 51. 73—78. 152. 207. 211. 212. 230. 231; regula 152. 231. — S. Benedicti coenobium 7. 142. 152; S. Benedicti septa 16; *v.* Casinum.
Benedictus I. papa 82. 92. 119.
Benedictus archiepisc. Mediolanensis 209. 225.
Beneventana regio 102.
Beneventum, Beneventus 3. 100. 111. 138. 143. 167. 169. 171. 175—179. 187—190. 192. 193. 195. 196. 199. 211. 235. 238—240. 244; monast. S. Petri 207. 211; Beneventani 111. 152. 167. 170. 174. 188. 192. 209–211. 231. 238 –240; Beneventanorum fines 187; Beneventanus exercitus 180; duces: Zotto, Arichis I, Aio, Rodoald, Grimuald I, Romuald I,

Grimuald II, Gisulfus I, Romuald II, Gregorius, Godescalcus, Gisulfus II, Arichis II.
Bercetum monast. 240.
Bergamus, Pergamus, *Bergamo* 96. 102. 108. 145. 208. 220; Bergomenses 220; duces: Wallari, Gaidilulfus, Rotharit. — Bergomas ecclesia 215; episc.: Johannes.
Berthari *v.* Perctarit.
Berto Spoletinus 239.
